ture possunt pluribus modis cōparari. ⁊ sꝫ hoc diuiditur pars illa in partes qnqꝫ. Quia pmo comparat exituras ad seinuicem penes bonitatez ⁊ malitiaꝫ rōne materie. Secundo cōparat eas penes bonitatez ⁊ malitiā rōne corruptionis earū. Tertio cōparat exituras ad mēbra ostēdendo in quibus mēbris fiunt vtplurimū exiture: ⁊ in quib⁹ nō fiunt. Quarto cōparat exituras adinuicē penes bonitatez ⁊ malitiaꝫ rōne membroꝝ in quibus fiunt. Quinto cōparat exituras adinuicē penes tarditatē ⁊ velocitatem in materiatione. scḋa est ibi (Et deterior est illa cui⁹ eruptio ⁊c̄.) 3ᵃ ibi (Et nō est omne mēbrū cōueniens ⁊c̄.) 4ᵃ ibi (Et deterior exiturarū) 5ᵃ ibi (Exiture quidē diuersificant̄ ꝑpter spaciū materiationis ⁊c̄.) Dicit ergo de prima parte. Et q̄to plus est materia vel exitura ⁊c̄. Est humor attractus ei vehemētioris caliditatis. supple ⁊ vehementioris subtilitatis: ⁊ ꝑpriie eminens extra procedens pinealis: eo ꝙ quāto exitura est magis eminens pinealis tanto est ex materia calidiori ⁊ subtiliori. q2 calidi est sursum abscindere. supple exitura q̄ est ex tali hūore est salua. Que autē est de diuersitate. hoc est. sed illa exitura q̄ diuersificat̄ a ꝑdicta: vt q2 sit lata pauce rubedinis ē grosse materie. supple ⁊ pauce caliditatis. ⁊ hoc est. q2 contrarioꝝ cōtrarij sunt effectus. ⁊ supple talis exitura que fit ex tali humore est mala declinis ad īteriora. i. ꝑcedēs ex membris exteriorib⁹ ad interiora pauci doloris hoc ē ratione materie q̄ nō est ita calida sicut pma exitura est. vn̄ in exitura q̄ est ex hūoribus calidis ⁊ subtilib⁹ est maior dolor q̄ȝ in exitura q̄ ē ex humorib⁹ grossis ⁊ paꝝ calidis. sed citius resoluit̄ ⁊ maturat̄. ⁊ iō saluior est. Causa autez quare ex hūoribus calidis ⁊ subtilib⁹ ē maior dolor q̄ȝ in illa q̄ est ex hūoribus magis grossis ⁊ frigidis est propter duo. pmo q2 mala cōplexio calida maiorez inducit dolorez q̄ȝ mala cōplexio frigida. q2 dolor ⁊ leticia causant̄ sꝫ ꝙ apparet in pmo. fen 2ᵃ. ex subita mutatiōe cōuenientis ad icōueniens q̄tū ad dolorez. ⁊ ex subita mutatiōe icōnuenientis ad ꝯueniēs q̄tū ad leticiaꝫ. vn̄ res q̄ nō mutat subito sensuꝫ vel q̄tū ad cōueniēs vel q̄tū ad icōueniēs nō infert letitiā nec dolorē: vt ibi dicit Auicē. q2 ergo mala cōplexio calida magis subito agit in membris q̄ȝ mala cōplexio frigida eo ꝙ calidū est citius agēs q̄ȝ frigidū. iō maiorez inducit dolorē exitura ex hūorib⁹ calidis ⁊ subtilibus q̄ȝ exitura ex hūorib⁹ grossis ⁊ min⁹ calidis. Iterūꝫ ēt ꝑpter aliud. q2 exitura ex hūorib⁹ grossis corrūpit plꝰ sensum mēbri ⁊ carnē in q̄ est q̄ȝ exitura ex hūoribus calidis ⁊ subtilib⁹. Et cā hui⁹ est. q2 exitura q̄ est ex hūoribus grossis plꝰ imorat̄ in mēbro. ⁊ ideo plus corrūpit̄ sensus ipsius. ⁊ iō nō sentit ita mēbrū dolorē in ipsa sicut in exitura q̄ est ex hu. calidis ⁊ subtilib⁹. q2 illa mouet̄ de iterioribus ad exteriora ⁊ de cētro ad circūferentiā. Ista vō mouetur de exteriorib⁹ ad iteriora ⁊ de circūferentia ad cētrū. ⁊ iō pᵃ exitura ē salua. Ista vō ē mala cū sit ꝺcliuis ad iteriora ⁊ pauci doloris ⁊ ꝯrij mot⁹. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ **Et deterior illa est illa cuius corruptio est ad interiora ⁊ corrūpit illud super qḋ vadit. ⁊ est de ea que expellitur ad vtrūqꝫ latus.**

¶ Hic Auic. cōparat exituras adinuicē penes bonitatez ⁊ malitiā rōne eruptiōis eaꝝ. ⁊ hꝫ iste. ꝭ. duo dicta sm ꝙ ponit duas cōparatiōes exiturarū penes bonitatē ⁊ malitiā rōne eruptiōis eaꝝ. 2ᵃ pars icipit ibi (Et laudabilior eruptio est) Dicit g̊ pmo. Et deterior. s. exitura ista. s. q̄ dicta ē est illa cui⁹ eruptio est ad iteriora. Ista. n. est adhuc deterior ꝑdicta q̄uis illa sit etiā mala. q2 actualr̄ penetrat ad iteriora mēbra. illa vero nōdū actualr̄ penetrabat in iteriorib⁹. sꝫ erat in potētia penetrandi. Pauci doloris. hoc est ꝑpter duo. Primo. q2 talis exitura q̄ rumpit̄ ad iteriora est ex hūorib⁹ grossis. q2 hūores grossi mouent̄ de exteriorib⁹ ad iteriora: vt dictū est supra. Hūores grossi ⁊ nō multū calidi nō iducūt tātū dolorē sicut hūores calidi et subtiles. Iteꝝ ēt est pauci doloris. q2 illa exitura corrūpit illud sup qḋ vadit: vt dicit Auicen. ⁊ ideo corrūpit sensuꝫ mēbri. ⁊ ideo talis exitura est pauci doloris: ⁊ itelligit̄ hoc per respectū. s. ad exiturā pmā saluā q̄ dicta est que est ex hūorib⁹ subtilib⁹ ⁊ calidis ⁊ ꝯrij mot⁹ supple motui exiture pme q̄ est ex hūorib⁹ subtilib⁹ ⁊ calidis. q2 illa exitura mouet̄ de iteriorib⁹ ad exteriora. Ista vō mouetur de exteriorib⁹ ad iteriora ⁊ erumpit̄ ad iteriora. ¶ Vn̄ illḋ qḋ hic dicit ꝯrij motus nō dicit respectu illi⁹ exiture que dicta est imediate. q2 illa est eiusdē mot⁹ cū ista cuꝫ declinat ēt ad iteriora: licet nō sit in tanta malitia sicut illa cū non sit adhuc in actu penetrādi: sic̄ est illa. sed dicit h̄ per respectū ad exiturā pmā q̄ est salua q̄ mouet̄ de interioribus ad exteriora: vt dcm̄ est. Et de ea q̄ expellit̄. i. rumpit̄ ad vtrūqꝫ latus. i. ad iteriora ⁊ exteriora. ⁊ supple illa est peior oībus sm ꝙ dicit Ypoc. in fine pmi ꝑnosticoꝝ. Et cām hui⁹ ponit Gal. ibi in cōmento ꝙ qn̄ exitura rumpit̄ ad iteriora ⁊ exteriora: tūc vt dicit Gal. nocumētū duplicatur. ¶ Iteꝝ etiā vt dicit tūc Gal. nō est loc⁹ a quo incipiat generare carnē sicut sunt fundamēta q̄ sunt sup terram: q̄si velit dicere Gal. ꝙ qn̄ rumpit̄ ad exteriora ⁊ iteriora: tūc nā nō habet sup qḋ se fundet in restaurādo ⁊ generādo carnē. eo ꝙ fundamēta nāe sunt spūs ⁊ mēbra: vt pꝫ. ii. de ingenio sanitatis. nūc aūt mēbrū deperditū ē cū sit ruptura intus ⁊ extra. ⁊ ēt spūs dꝑdunt̄ cū libere exalent. ⁊ iō quādo est ruptura int⁹ ⁊ extra nā non hꝫ fundamentū sup quo se fundet sic̄ fundamēta ponunt̄ sup terram. ⁊ iō exitura q̄ rumpit̄ ad vtrūqꝫ lat⁹ est peior. Et hꝫ verba melius declarant̄ in cōmēto finis pmi ꝑnosticoꝝ vbi tangit̄ hec mā. si ergo vis sufficiētem declarationem queras ibi eam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Et laudabilior eruptio eius est ad ventriculum ꝑprium mēbro cui est via currens ad exteriora sicut exitura stomaci. vt enim erumpatur ad interiora eius ⁊ ipsius cōcauitatem melius est q̄ȝ rumpat̄ ad exteriora eius ⁊ ad ventriculum cōtinentem mirach.**

¶ Hic Auic. ponit aliā ꝯparatiōez exituraꝝ penes bonitatez ⁊ malitiā rōne eruptiōis. Et dic̄ g̊. Et laudabilior eruptio ei⁹ ad vētriculū ⁊c̄. q̄si velit dicere illa exitura ē laudabilior min⁹ mala cui⁹ eruptio ē ad vētriculū ꝑpriū. Et rō h⁹ qḋ dic̄ Auic. ē māifesta. q2 h̄ ē vt possit libere mūdificari sanies ⁊ vir⁹ sic̄ exitura stōi. ¶ Hic exēplificat declarādo illud qḋ dixit. meli⁹. n. ē ꝙ exitura stōi erūpat̄ ad iteriora ei⁹ ⁊ in ꝯcauitatē ipsi⁹ vt possit mūdificari ⁊ egredi libere sanies ⁊ vir⁹ q̄ȝ rūpat̄ ad exteriora ei⁹. ⁊ ad vētriculū ꝯtinētē mirach. i. q̄ȝ rūpat̄ v̄sus siphac. q2 qn̄ exitura stōi rūpit̄ ad exteriora v̄sus siphac: tūc sanies nō iuēit libere meatū ad exteriora. ⁊ iō tūc nocet nocumēto vehemēti.

Sed forte aliqs dubitabit de h̄ qḋ dic̄ Aui. ⁊ ad vētriculū ꝯtinētē mirach. expositū. n. ē ꝙ itelligit ꝙ rūpat̄ ad ventriculū ꝯtinētē mirach. i. v̄sus siphac. ¶ Nō dices tu. siphac n̄ ꝯtiet mirach: imo mirach ꝯtinet siphac: cū mirach sit pānicul⁹ exterior ⁊ siphac pānicul⁹ iterior ꝯtēt⁹ a mirach. quō dic̄ g̊ ad vētriculū cōtinētē mirach. imo debet dicere ad vētriculū ꝯtinētez siphac. ¶ Tu potes videre ꝙ veꝝ ē ꝙ mirach ē pānicul⁹ exterior ⁊ siphac ē pānicul⁹ magis itus itra viscera. Et iō distīguēdū est. q2 aut ꝑcedim⁹ de mēbris exteriorib⁹ ad interiora: ⁊ sic mirach cōtinet siphac cum sit panniculus peior. Aut possumus ꝑcedere de membris interioribus ad exteriora. Et sic siphac continet mirach cum sit peior

⁊ ita forte intelligit Auicen. cum dicit ad ventriculuz cō-tinentez mirach cū loquatur de eruptione exiture stomaci procedendo versus siphac ⁊ mirach.

¶ Sicut eruptio eius q̄ in cerebro ad duos vētriculos anteriores laudabilior est: quoniā ambobus sunt meatus sicut nasus ⁊ nares. Et quando rumpitur ad spacium continens cerebrum aut ad ventriculum posteriorem non inuenit meatum ad exteriora ⁊ nocet nocumēto vehementi.

¶ Hic Auicen. ponit illud exemplū declarando etiā illud quod dictuz est. Dicit ergo. ⁊ planū est. Sicut nasus ⁊ nares. si illa littera dicat sic: tūc expone sic. nasus ⁊ per idest nares. verum est ꝙ ego inueni aliud exemplū quod dicit sic. nasus ⁊ aures: tamen nō videtur mihi bona littera eo ꝙ meatus per quos emanant superfluitates. s. anterioris partis cerebri ponuntur ab auctoribus nares ⁊ palatū nō autem aures. vnde soluz credo ꝙ littera debeat esse sicut stat: licet videatur superfluitas in verbis. Et quandoq̧ rumpitur. s. exitura ad spacium cōtinens cerebrum. illud potest exponi vno modo ad spaciuz cōtinens cerebrum. idest quādo rumpitur ad concauitatem de subtus in qua continetur cerebrū. tunc enim est malum cū non habeat sanies liberum exituz sicut est de exitura stomaci quādo rumpitur ad exteriora eius versus siphac. ¶ Uel potest exponi ad spacium cōtinens cerebruz. idest ad ventriculum medium cerebri. q: peior est exitura que rumpit̄ ad ventriculum mediū cerebri q̄ illa que rumpit̄ ad ventriculos anteriores cerebri eo ꝙ sanies ita non potest libere egredi. ⁊ peior omnibus istis est illa que rumpit̄ in posteriorez cerebri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non est omne membruz cōueniēs ad hoc vt eueniat in ipso exitura: in iuncturis eniz minoratur egressio exiture: quoniā in eis sunt humores mucillaginosi: ⁊ loca eorum ampla nō suffocantia materiam neq̧ retinentia egressionem putridi. Quō si egrediatur illic exitura erit propter rem maximam.

¶ In parte ista Auicen. comparat exituras in respectu ad mēbra in quibus: vt plurimū possunt fieri. ⁊ in quibus vt raro. Et patet quod dicit. q: causa quare minorat̄ exitura in iuncturis est ex duobus. Primo ex parte humoruz. q: humores vt plurimū currentes ad iuncturas ⁊ in eis qui reperiuntur sunt grossi ⁊ mucillaginosi. humores autem grossi ⁊ mucillaginosi raro conuertunt̄ ad saniem. Et iō ex eis vt plurimuz non fit exitura. ¶ Item etiā ratio est ex parte membrorum. q: loca iuncturaruz sunt ampla. ⁊ ideo humores in eis nō suffocantur ex qua suffocatiōe accidat ei calefactio extranea mouens ipm ad saniē. ¶ Iterum etiaz propter amplitudinem loci non retinetur egressio putredinis. idest caliditatis putredinalis: imo exalat que posset mouere humorē ad saniē: ⁊ propter causas contrarias istis vt plurimū exiture fiūt in inguinibus subassellis s̄m ꝙ dicit Rasis vt dictū est prius. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et deterior exituraruz ⁊ malignior earū est que egreditur super extremitates lacertoruz ⁊ proprie lacertoruz plurium neruoꝝ.

¶ In parte ista Auicen. comparat exituras adinuicez penes bonitatem ⁊ maliciam ratione membrorū in quibus fiūt. ⁊ patet quod dicit. q: illa est deterior exitura ceteris paribus que egreditur super extremitates lacertoꝝ plurium neruoꝝ eo ꝙ maior est timor propter ipsaz de spasmo ex repletione neruoꝝ. Tunc sequit̄ illa pars.

¶ Et exiture quidez diuersificant̄ propter spacium maturationis saniei sue s̄m humorem in subtilitate ⁊ grossitudine sua ⁊ complexionez in calore ⁊ frigore eius ⁊ equalitate eius ⁊ s̄m tempus ⁊ etatem ⁊ substantiaz membri. ⁊ nō contingit ne maturetur exitura ⁊ ne conuertatur qđ in ea est in pus. nisi propter paruitatez caloris innati in membro aut propter grossitudinē substātie que est materiei.

¶ In qua parte comparat exituras ad seinuicē penes tarditatez ⁊ velocitatē maturatiōis. ⁊ habz ille. §. duo dicta. q: in primo dicto ponit causaz tarditatis ⁊ velocitatis maturationis exiture. in secūdo dicto circa hoc ponit causaz quare sanies que ē exitura aliquādo nobis nō manifestatur. Unde tūc tardamus in cognitiōe saniei exiture. scđa ibi. (Et quādoq̧ contingit ex hoc vt fiat sanies ⁊c̄.) Dicit primo. ⁊ exitura qdem ⁊c̄. Planū est. Et nō cōtingit ne maturetur exitura ⁊ ne cōuertatur quod in ea est in pus supple cito ⁊ velociter: sed tardat̄ in maturatione nisi propter paruitatem ⁊c̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quandoq̧ contingit ex hoc vt fiat sanies in interiore parte sui ⁊ non appareat sensui propter profunditatem pus ⁊ grossitudinem eius quod est super ipsum ⁊ statur super maturitatem saniei velociter: ⁊ quandoq̧ non stat̄ s̄m substantiam suam in grossitudine: ꝙ si maturatur ⁊ subtiliatur lenitur substantia eius velociter: ⁊ secūduz ꝙ est de carne ista plurima ⁊ pauca.

¶ Auicen. ostendit causam ex dictis: quare sanies que est in exitura aliquādo nobis non manifestatur. vnde quandoq̧ decipimur. Dicit ergo. Et quandoq̧ cōuenit ex h. ⁊c̄. quare statur idest differtur supple ad cognoscendum velociter super maturitatem saniei. q: propter grossitudinē prius tardatur aliquādo in cognoscendo saniem. ⁊ credimus quandoq̧ ꝙ non sit sanies ⁊ est sanies. Et quandoq̧ non statur. idest non differtur ad cognoscendum s̄m substantiam suam. s. puris in grossitudine. ꝙ pro quia. quia si maturatur ⁊ subtiliat̄. s. pus lenitur velociter. idest inuenitur locus lenis tactui: ⁊ tunc non tardam⁹ ad cognoscēdum saniem. Uult ergo dicere Auicen. ꝙ aliquando tardamus ad cognoscendum saniem ⁊ pus in exitura propter grossitiem puris ⁊ profunditatem ipsius. Aliquādo autez non tardamus: vt si ille humor grossus maturet̄ ⁊ in maturatione subtilietur: q: tunc inuenitur locus lenis ad tactum ⁊ redundatio saniei que sunt signa saniei: vt postea apparebit. Et secunduz ꝙ super eam de carne plurima ⁊ pauca supple statur etiam ad cognoscendum saniez. quia si super saniem sit caro multa: tunc non possumus ita cognoscere saniem sicut si super saniem sit caro pauca eo ꝙ apparet ita sensui. ¶ Duas ergo causas tangit Auicenna quare sanies non apparet nobis sensui. ⁊ per consequens possumus tardare in cognitione saniei. Unam causaz tangit ex parte saniei ⁊ aliā ex parte carnis que ē super ipsam. ¶ Et has causas Ypocras optime tangit in quodaz affo-rismo sexte particule. Quibuscunq̧ sanies facta in corpore non manifestatur his propter spissitudinem saniei aut loci non manifestatur.

¶ Et propter causas exiture ⁊ casus ad saniē p

pter repletionem ⁊ multitudinem materiei ⁊ corruptionem eius.

¶ Hic tangit Auicen. vt mihi videtur quasdam causas tarditatis maturationis exiture. Unde sermo ille nõ continuatur sermoni qui dictus est modo. sed continuatur illi sermoni. Et nõ contingit ne maturetur exitura ⁊c. ibi eni posuit duas causas: quare tardat exitura in maturatiõe. Una causa est ppter paruitatem caloris membri. Alia est ppter grossitiem substantie materiei. Interposuit autem postea sermonem illum aliu intermediu. q2 ille sermo inferebatur ex illo. Posito ergo illo sermõe itermedio qui inferebatur ex illo Auicen. modo pdictis causis tarditatis maturatõis addit alias causas. Dicit ergo. Et supple ne exitura maturetur cito ⁊ cõuertatur qđ in ea est in pus ppter causas exiture ⁊ casus eius. idest euētus eius ad saniem ppter repletionem ⁊ multitudinẽ materiei ⁊ corruptionem ipsius. Unde Auicen. pter duas causas pdictas tangit alias causas tarditatis maturatõis exiture. Unam tangit ppter causas exiture efficiētes remotas. q2 si cause exiture efficiētes remote sint tales ex quibus habeant generari hũores grossi sicut est nauseatiua satietas ⁊ egritudines que nõ faciunt crisim cum euacuatiõe apparēte. q2 tales egritudines fiũt ex humorib9 grossis: tũc exitura que est ppter tales causas tardat plus in maturatiõe q̄ illa que est ppter causas ex quibus habēt generari humores calidi ⁊ subtiles. ⁊ ille oẽs finaliter reducũtur ad causam humoralem cõiunctam quã superius tetigit Auicē. q2 ppter illas causas remotas efficiētes exitura nõ plus tardatur in maturatiõe nisi sm q ex istis causis illi generãtur hũores grossiores vel subtiliores qui actu faciũt apostema ⁊ exituram. Aliam causam tarditatis maturationis Auicen. tangit cum dicit ppter repletionem ⁊ multitudinem materiei. q2 nõ solum grossities humoris potest esse causa tarditatis maturationis: sed etiam multitudo q̄ propter suam multitudinem vinci nõ potest a natura vel tarde vincitur. ¶ Aliam causam tarditatis maturatõis tangit Auicen. cum dicit. Et corruptionem eius. q2 nõ solum grossities ⁊ multitudo humoris possunt eẽ causa tarditatis maturatõis. sed etiam corruptio ipsius potest eẽ causa tarditatis maturatõis. quia ppter corruptionem ipsius a natura vinci nõ potest vel tarde vincitur. ¶ Sic ergo ex predictis potest apparere q quatuor sunt cause imediate tarditatis maturatõis exiture. Una tenet se ex parte virtutis ⁊ caloris membri: vt q2 sint debiles. Alie autem tres tenent se ex parte humoris: vt q2 hũor sit grossus vel multus vel corruptus. Ille autem cause que sunt cause remote reducũtur ad causam humoralẽ: vt dictum est prius. Et nõ solum quatuor dicte cause sunt cause tarditatis maturatõis: immo aliquãdo sunt cause q nullo modo maturetur: sed membrum corrumpat sm q ille cause plus intendunt vel remittũtur: vt patet homini subtiliter inuenti. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et cause eius sunt nauseatiua satietas ⁊ exercitia mala ⁊ egritudines que non faciũt crisim cum euacuatione apparentie ⁊ nocumenta animalia ex angustijs ⁊ sollicitudinibus corrumpentibus sanguinem.

¶ In parte illa Auicen. ponit causas exiture. ⁊ patet quod dicit. Intellige tamẽ hic q iste cause quas Auicen. ponit hic sunt cause vtplurimum exiture que fit incipiẽdo: sed cause exiture que fit permutando ex apostemate calido sunt vel grossities humorũ vel multitudo ipsius qui propter grossitiem suam vel multitudinẽ que est in apostemate nõ poterit totaliter resolui ⁊ vinci a natura. sed solum natura vincit ipsum quodam modo. quia generat ide saniem. ⁊ tũc apostema conuertitur ad exituram. vel causa ipsius est debilitas virtutis que nõ possit totaliter resoluere materiã apostematis. sed apostema cõuertit ad exituram ⁊ collectionẽ. Tũc sequitur illa pars.

¶ Et de exituris qdem est species que nominatur turmusios: ⁊ est exitura que rumpit ⁊ qđ est sub ea est simile carni bouine: deinde apparet ab ipsa sanies alia.

¶ In parte illa Auicē. ponit quasdam species exiturarum quibus nomina sunt imposita. Ponit ergo pmo vnã speciem ipsius que nominatur tarmusios. ⁊ exponitur tarmisios in latino. idest apostema taurinum. quia illud apostema vel exitura primo cum erumpit exit inde sanies. ⁊ postea apparet sub illa sanie. quedam caro similis carni bouine vel thaurine. ⁊ cum rumpitur illa caro exit inde sanies alia. ⁊ ideo nominatur in latino tale apostema cameratum. quia habet plures cõcauitates ad modum camerarum in quibus est sanies. ¶ Et causa talis diuersitatis in apostemate est sm diuersam dispositionem humoris per partes suas. possibile est eni q vna pars humoris sit apta conuerti in saniem. Unde primo natura cõuertit illum humorem in saniem. ⁊ vlterius possibile est q alia pars hũoris sit inepta ad digestionem ⁊ cõuersionem in saniem propter grossitiem ipsius. vnde talis pars humoris nõ cõuertitur in saniem: sed cõuertitur in quãdam carnem malam similem carni bouine. Et possibile est q alia pars humoris sit apta cõuerti ad saniem. vnde natura cõuertit ipsam ad saniem ppter qđ generãtur ibi diuerse extremitates ad modum camerarũ in quibus sunt sanies plures. ⁊ ideo directe vocat illud apostema apa cameratũ. ¶ Et ex dictis apparet q tale apostema: vtplurimum est ex humoribus grossis ⁊ frigidis. quorũ quedã partes possunt cõuerti ad saniem. ⁊ quedã nõ possunt cõuerti in saniẽ: sed cõuertunt in carnem malam: imo vtplurimum in apostematib9 que sunt ex humoribus frigidis ⁊ grossis. licet nõ fit in eis semper talis diuersitas ad modũ cameratum. tamen ego vidi quasi semper q quãdo sanies ẽ egressa per rupturam apostematis q est ibi quedã caro mala mollis que est generata ex humoribus qui ppter suã grossitiem ⁊ viscositatem nõ possunt totaliter cõuerti in saniẽ. sed cõuertũtur in carnem malam quantum ad quãdam partem que est magis inobediẽs. ⁊ quantum ad aliam partem que est magis obediens cõuertitur in saniem.

¶ Et de exituris est species que nominat alber ⁊ est exitura vasalis rotunda ⁊ rubea quã qui habet sm plurimũ nõ expoliatur a febre. ⁊ ei9 euentus sm plurimũ est in capite: ⁊ quãdoq3 accidit in alijs locis.

¶ Hic Auicen. connumerat quandam aliam speciem exiture cui nomen est impositũ albir. idest exitura gramatilis. aliud quod dicit planum est.

¶ Significatio qđ apa fit exitura. CAP. XXI.

Cum videris pulsationem plurimam aut duritiem prolongatam ⁊ caliditatẽ: tunc existima q apostema est in via vt fiat exitura.

¶ Superius determinauit Auicē. de exituris ostẽdendo quid sunt ⁊ quãtum ad causas earũ ⁊ quantum etiã ad spẽs earum. In parte illa Auicen. determinat de exituris quãtum ad signa. ¶ Et diuiditur hec pars in duas. Primo ponit signa exiturarum extrinseca ⁊. secundo ponit signa

exiturarū intrinsecarū. 2° ibi (Quādo accidit apostema calidum in visceribus) Prima pars diuidiť in ptes tres In pma parte ponit signa ꝙ apostema fiat exitura. In secunda parte ponit signa maturationis exiture. In tertia parte ponit indicia saniei bone ⁊ male. secūda ibi (Cū videris lenitatem ⁊c̃) tertia ibi (Sanies laudabilis ⁊c̃) Dicit ergo primo cum videris pulsationem plurimum ⁊c̃. Planum est quod dicit.

Digestio maturatōis ⁊ eius signū. CAP. XXII.

Cum videris lenitatem quandaꝫ ⁊ sedationem doloris: tunc scias ꝙ est in via maturationis.

In illo ca°. ponit signa maturatōis exiture. ⁊ planum est qδ dicit. Sed dubitabit aliquis de hoc qδ dicit Auicen. Dicit enim ꝙ cum tu videris lenitatē quādam ⁊ sedationeꝫ doloris: tunc exitura est in via maturationis. Ypocras enim dicit ꝙ circa generationeꝫ saniei accidant dolores ⁊ febres magis ꝙ̄ facta sanie. ergo tūc qñ exitura est in via vt maturetur: tunc debet augeri dolor. Responde per expositioneꝫ littere ꝙ Auicē. intelligit qñ dicit ꝙ tunc exitura est in via maturatiōis hoc est ꝙ exitura est totaliter matura ⁊ sanies est cōpleta. nō aūt intelligit ꝙ sit in via maturationis: vt qꝛ incipiat maturari.

Indicia saniei. CAP. XXIII.

Sanies laudabilis est illa que est alba lenis cui nō est dolor horribilis ⁊ in q̄ nō operata est nisi caliditas inata: licꝫ non sit excusatio a cōitate extranee.

In isto capitulo Auicen. ponit indicia saniei bone ⁊ male. Diuidiť autēꝫ pars hec in partes tres. Primo ponit indicia saniei laudabilis. scδo ponit indicia apostematis saniei illaudabilis. tertio qꝛ saniatio ⁊ materiatio est q̄dam terminatio apostematis: ⁊ terminatiōes materiei apostematis sunt multe: qꝛ aliquādo apostema terminať ad saniem: aliquādo ad resolutionē: aliquādo ad duriciem ⁊c̃. Auicen. cōnumerat ⁊ ponit modos terminatiōis illorum apostematū. scδa ibi (Et sanies mala) 3ª ibi (Et necesse ē omni saniei ⁊c̃) Prima in duas. pmo ponit quid ē sanies laudabilis. secundo reddit causam eius qδ dictum est. 2° ibi (Et non addiť eius lenitas.) Dicit ergo pmo. Sanies laudabilis ⁊c̃. licet non sit excusatio a cōitate extranee. s. caliditatis. Dicit autēꝫ hoc Auicen. pro tāto. qꝛ alteratio humoris in sanieꝫ est alteratio naturalis: sed nō est pura alteratio naturalis. sed est media iter pure naturalē ⁊ pure inaturaleꝫ. ⁊ ꝓpter hoc in alteratiōe humoris in saniē nō est excusatio ab operatiōe caliditatis extranee. Nota ergo ꝙ triplex est alteratio sm̄ ꝙ extrahitur ex dictis Gal. in cōmento ꝓnosticoꝝ. quedaꝫ est alteratio pure naturalis que fit in nutrimēto. Et alia est alteratio pure inaturalis que fit a solo calore extraneo sicut est in putrefactiōe. Et q̄dā est alteratio media iter istas sic est in sanie.

Et non additur eis lenitas nisi vt sciať ꝙ ipsa est preparata pati a virtute digestiua ⁊ non diuersificatur eius preparatio in inobediente ⁊ obediente.

Hic Auicen. probat illud qδ dictuꝫ est. Et pmo probat ꝙ sanies debet esse lenis. secūdo ꝙ nō debet esse multuꝫ fetida. 3° probat ꝙ dꝫ esse alba. 2ª ibi. (Et opꝫ vt nō sit ei odor) 3ª ibi (Dixerunt ⁊c̃) Dicit pmo. Et non addiť ei lenitas. idest ⁊ non dꝫ esse sanies lenis nisi vt sciať ꝙ ipsa. s. mā ex qua generať sanies ⁊c̃. quasi velit dicere Auicē. ꝙ sanies dꝫ esse lenis hoc est equalis. ⁊ itelligo ꝙ sanies dꝫ esse laudabilis equalis q̄tum ad dispositiones ⁊ quātuꝫ ad partes. quantū ad dispositiōes: vt qꝛ sint eiusdeꝫ coloris ⁊ eiusdem substātie quātū ad omnes partes. quātū ad partes. qꝛ dꝫ esse equalis in partib⁹ suis quantū ad superficieꝫ. qꝛ nō debet eē sanies aspera ⁊ ineq̄lis in superficie: vt qꝛ vna pars superemineat alteri. Et ratio quare sanies laudabilis debet esse lenis ⁊ equalis q̄tum ad hoc est. qꝛ ex hoc ꝙ sanies est lenis ⁊ equalis quantū ad dispositiones ⁊ quātū ad ptes significatur sup humilitatē materie que equaliter. ⁊ per totū est ꝓparata pati ⁊ cōuerti a digestiua virtute. Iterū etiā ex hoc significať super dominiū ⁊ potentiā nature ⁊ virtutis digestiue. qꝛ quādo nā perfecte dominať ipsi materiei apostematis quātuꝫ ad cōuersionem in saniem: ⁊ mā est etiaꝫ ꝓparata de se ⁊ obediens digestioni: tūc natura debꝫ equaliter operari sm̄ exigentiam materie ⁊ q̄tuꝫ ad dispositiōes: ⁊ q̄tum etiā ad partes. ⁊ ideo sanies bona debet esse lenis ⁊ equalis. qꝛ si natura nō totaliter ⁊ perfecte dominareť: nec etiaꝫ materia esset equaliter disposita: tunc alia operatio ipsius esset in parte vbi dominareť. ⁊ alia esset in parte vbi nō dominaretur rōne inobedientie illius partis materie. ⁊ per cōsequens esset alia ⁊ alia dispositio in partib⁹ ipsius. ⁊ per cōsequens talis sanies nō esset lenis nec equalis: nec etiam talis sanies esset laudabilis. ⁊ ideo dicet Auicen. inferius. ꝙ sanies aliquando egreditur diuersaruꝫ partiuꝫ ⁊ incōuenientium coloruꝫ. ⁊ est de genere diuerso a bona. qꝛ sanies laudabilis debet esse vniformis quantum ad partes ⁊ quātum ad colorem: ⁊ quātum etiā ad alias dispositiones. quia per hoc significatur ꝙ virtus est potēs ⁊ ꝙ materia quātuꝫ ad omnes partes est obediēs. ⁊ hoc est quod dicit Auicen. cuꝫ dicit. Et nō diuersificatur eius operatio .i. virtutis digestiue inobediente ⁊ nō obediente: idest in parte materiei ex qua generať sanies obediente. ⁊ in parte nō obediente: immo supple tota materia est obediens: ita ꝙ nō habet partes diuersas. qꝛ vna sit obediens virtuti digestiue alia nō sit obediens. Unde sanies laudabilis debet esse lenis. quia ex hoc significať ꝙ materia ex qua generatur est preparata pati equaliter a digestiua virtute ⁊ non habet partes diuersas: quarum vna sit obediens ⁊ alia inobediēs: ita ꝙ diuersificetur operatio virtutis in parte obediente ⁊ in parte inobediēte: imo hꝫ oēs partes obedientes. ⁊ hoc intēdit dicere Auic. in hoc loco.

Et oportet ne sit ei odor vehementis horribilitatis vt sit longinquior a putrefactione.

Hic ostendit Auicenna quare sanies non debet habere odorem horribilem. idest vehementem fetorem. quia vehemens fetor significat putrefactionem in qua operatur plus calor extraneus. nihilominus tamen in sanie debet esse aliquis fetor cum non sit in ea excusatio a cōmunitate caliditatis extranee: vt dictum est supra.

Dixerūt: ⁊ requiriť ex ea alba: quoniā color membroꝝ radicaliū est albus ⁊ nō assimilat eā nisi natura potens super eam.

In parte illa Auicēna ostendit quare sanies debet esse alba. ⁊ vult dicere Auicen. ꝙ quando natura idest virtus digestiua est potens ⁊ habens perfectum dominiū super materiaꝫ ex qua debet sanies generari: tunc assimilat eā membris radicalibus. quia natura quicqd agit in corpore agit vt assimilet membris radicalibus cum sit facta ex duobus spermatibus que sunt principia generationis et conseruationis vite. membra autem radicalia sunt alba. ⁊ ideo sanies laudabilis debet esse alba. ⁊ hec verba que hic dicunť de sanie declaranť ⁊ lōgius a Gal. in cōmento pmi ꝓnosticoꝝ circa fineꝫ. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et sanies mala est fetida significans putrefactionem que est contraria maturationi ⁊ significat dominium caliditatis extranee.

¶ In qua parte Auicenna ponit iudicia saniei illaudabilis. ⁊ habet iste. §. duo dicta. In primo dicto ponit iudicia saniei que est pessima ⁊ simpliciter mala ⁊ totaliter contraria bone. In secundo dicto ponit iudicia saniei que non est simpliciter bona ⁊ laudabilis. nec est totaliter mala ⁊ illaudabilis. secunda ibi. (Et quoniam egreditur sanies) Dicit ergo primo. Et sanies mala est ⁊c. Et planum est quod dicit Auicen. Et causa etiam eius quod dicit Auicen. plana est. quia contrariorum contrarie sunt cause.

¶ Et quando egreditur sanies diuersarum partium conuenientium colorum ⁊ substantiarum est etiam de genere diuerso a bona.

¶ Hic Auicen. ponit quoddam iudicium saniei que non est simpliciter mala nec simpliciter bona. ⁊ dicit. Et quando quia egreditur. s. de apostemate sanies diuersarum partium. quia vna pars sit grossa ⁊ altera subtilis conuenientium colorum ⁊ substantiarum supple diuersarum. ⁊ est etiam de genere diuerso a bona supple simpliciter. quia quamuis sanies talis sit conuenientis coloris. tamen quia non habet partes vniformes: ⁊ per consequens talis sanies non est lenis nec equalis. ideo non est simpliciter bona nec simpliciter mala cum non sit omnino contraria bone: cum sit coloris conuenientis. est ergo mediocris in malitia ⁊ bonitate. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et necesse est omni saniei vt faciat euenire in corpore putrefactionem aut maturitatem aut diminutionem aut alteratur cum modo alio.

¶ In qua parte vt dictum fuit supra. quia saniatio ⁊ maturatio est quedam terminatio materiei apostematis. ⁊ terminationes materiei apostematis sunt multe. quia apostema aliquando terminatur ad resolutionem. aliquando ad saniem. aliquando ad duriciem ⁊c. ideo hic Auicen. connumerat modos illos terminationum materiei apostematis. Dicit ergo Auicen. Et necesse est omni saniei. expone. ⁊ necesse est omni saniei. idest omni materiei apostematis que est in potentia ad hoc vt fiat sanies siue bona siue mala. siue sit propinqua siue remota vt faciat euenire in corpore putrefactionem. idest aut vt terminetur ad putrefactionem. ⁊ hoc est quando natura totaliter vincitur a materia ⁊ materia est totaliter inobediens. Unde conuertitur in putrefactionem membra propter causas que dicte fuerunt prius. Aut supple vt faciat euenire maturitatem. idest aut terminetur ad maturationem. ⁊ hoc quando natura non potest totaliter vincere ita quod eam totaliter resoluat. sed vincit eam conuertendo ipsam ad maturationem. aut diminutionem. idest aut conuertatur ad resolutionem. ⁊ hoc est quando natura totaliter resoluit materiam apostematis. aut alteretur modo alio. idest terminetur modo alio. vt. s. ad duriciem vt quando resoluitur subtile remaneat grossum induratum. Sic ergo omnis materia apostematis aut putrefit aut maturatur aut resoluitur aut induratur. Quatuor ergo sunt terminationes apostematis. due que intenduntur a natura vt terminari per resolutionem. ⁊ etiam maturationem. ⁊ magis intenditur a natura terminari per resolutionem quam per maturationem. Et alie due terminationes apostematis sunt preter intentionem nature vt quando apostema conuertitur ad putrefactionem vel ad duriciem. ⁊ etiam est magis preter naturam conuerti ad putrefactionem quam ad duriciem. ⁊ hoc intendit dicere Auic. in illa parte: quamuis obscure loquatur secundum superficiem suorum verborum.

¶ Significatio exiture intrinsece. CAP. XXIIII.

Quando accidit apostema calidum in visceribus ⁊ accidunt horripilationes ⁊ febres ⁊ non est ei ordo: ⁊ fit dolor vehementior ⁊ est horripilatio in primis longioris spatij: deinde non cessat abbreuiari spacium eius ⁊ additur grauitas apostematis: tunc scias quod apostema fit exitura ⁊ quod peruenit ad collectionem sui.

¶ Superius Auicenna posuit signa exiture extrinsece. Hic ponit signa exiture intrinsece. ¶ Et circa hoc ponit tria capitula. In primo capitulo ponit signa quando apostema quod est in membris interioribus fit exitura. In secundo capitulo ponit signa quando exitura est matura. In tertio capitulo ponit signa eruptionis eius. secunda ibi. (Quando accidunt significationes exiture) tertia pars incipit ibi (Quando redeunt dolores ⁊ punctiones) In primo capitulo Auicenna duo facit. In prima parte ponit signa quando apostema fit exitura sumpta a febre ⁊ a quibusdam accidentibus febrium ⁊ apostematis grauitate. In secunda parte ponit signum sumptum a pulsu. secunda ibi (Et scias quod duricies pulsus ⁊c.) ¶ Prima in duas. primo facit quod dictum est. secundo ostendit causam: quare illa accidentia fiunt vehementiora in principio exiture quam in statu. secunda ibi. (Et non fiunt dolores isti ⁊c.) Dicit ergo primo. Quando accidit apostema calidum in visceribus. idest in interioribus ⁊ accidit ⁊c. planum est quod dicit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non fiunt dolores isti in principio vehementiores: ⁊ quanto plus approximat status minorantur nisi quando eruptio fit in principio: ⁊ solutio continuitatis ⁊ dolor prouenit ex ea: ⁊ quando colligitur ⁊ quando fit materia saniei quiescit etiam calefactio fortis ⁊ inflatio: quare quiescit febris eueniens per communitatem cordis.

¶ In parte ista Auicenna ostendit: quare ista accidentia fiunt vehementiora in principio exiture quam in statu. ⁊ ponit causam. ⁊ patet.

Sed aliquis dubitabit ⁊ dicet. quomodo sunt dolores in principio vehementiores quam in statu: cum Ypoc. dicat in afforismo quod circa statum fiunt omnia fortiora. circa vero principia ⁊ fines omnia imbecilliora sunt. Dicendum est quod status est multiplex. quidam est status quo ad accidentia. alius est status quo ad digestionem materie. alius est status quo ad vtrunque. Modo quando Aui. dicit hic quod in principio fiunt accidentia vehementiora quam in statu intelligo de statu. ⁊ est principio quo ad digestionem materie. quia vehementiora fiunt accidentia in principio exiture quam in statu ipsius quando est materia per causas quas Aui. ponit. Ypo. vero intelligit de statu accidentium. Unde quantum ad hoc exitura in principio ratione digestionis materie est in statu ratione accidentium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et scias quod duricies pulsus est testimonium magnum.

¶ In parte illa Auicen. ponit quoddam signum exiture intrinsece sumptum a pulsu. ⁊ duo facit. Primo facit hoc. secundo per illud signum magis significat super exituram interiorem. secunda ibi (Et quando apparet ⁊c.) Dicit ergo primo. Et scias quod duricies pulsus est testimonium magnum. s. ad significandum quod exitura fit in membris interioribus. Intellige autem hic sicut ponit Auic. in primo capitulo de pulsu apostematum quod omne apostema calidum existens

[illegible]

in membris iterioꝛib⁹ ꝗtū est de se pulsū mutat in toto corpoꝛe ad pulsū serrinū q ē pulsus durus. vñ pulsus durus non solū consequitur apostema quando fit exitura. sed etiam consequitur apostema in pncipio sui dato ꝙ nō sit adhuc exitura. sed quando fit exitura: tunc augmentatur duricies pulsus: sicut augmentantur alia accidentia quando apostema fit exitura. ℭ Et intellige etiam sicut ibi Auicenna ponit ꝙ duricies pulsus sequitur exituram in pꝛincipio sui ante maturationē completā. Sed quādo exitura peruenit ad maturationem completam: tunc diminuitur duricies pulsus ⁊ fit pulsus mollis vndosus. ⁊ hoc est ꝓpter humiditatē ⁊ lenitatē que cōsequit̄ exiturā que est matura. ℭ Et intellige etiam: vt dicit Auic. ꝙ apostema calidū ꝗtū est de se mutat pulsū ad pulsū serrinum nisi sit ei cōtraria causa humectans. qꝛ pōt esse cōtraria causa ei humiditas ex parte mēbri. vt si illud apostema vel exitura sit in mēbꝛo molli sicut in pulmōe: tūc fit pulsus vndosus rōne mēbri in quo est. ⁊ iō quāq̄ duricies pulsus cōsequit̄ vꝑlm apostema calidū vel exiturā in mēbꝛis iterioꝛibus existentē: nihilomin⁹ tñ ipedirī pōt a mollicie mēbri. ⁊ sicut ipedit̄ a mollicie mēbri. ita etiā pōt augeri a duricie membri. qꝛ si sit in membꝛo neruoso ⁊ duro: tunc augetur duricies pulsus sicut ibi ponit Auicenna. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Et qñ apparet signū exiture aldubellati in visceribus ⁊ nō idurat̄ pulsus nō indices penit⁹ ꝙ sit exitura iterioꝛ. In huiusmodi eni foꝛtasse nō erit in viscerib⁹: imo in siphac qḋ ꝯtinet viscera. Et tu qdē iā senties latus in quo est exitura p grauitatē q̄ pēdet ex eo ⁊ per dolorē.

ℭ Hic Auicen. cōfirmat illud qḋ dictum est. s. ꝙ duricies pulsus sit in testimoniū magnū. vult dicere Auic. ꝙ si appareat aliqḋ spaciū dubelati vel exiture in viscerib⁹ ⁊ in mēbꝛis iterioꝛibus: ⁊ tñ nō indurēt̄ pulsus: tūc dato ꝙ appareat illud signū qḋ videat̄ significare exiturā in visceribus: tñ si nō apparet pulsus durus: tūc nō indices ꝙ illa exitura sit in iterioꝛib⁹. qꝛ foꝛtasse hōi materiei exitura nō erit iterioꝛ: sed erit in siphac. i. in pāniculo q ꝯtinet viscera. i. mēbra iterioꝛa. Uñ per siphac nō itelligit hic solū pāniculū cōtinentē intestina. sed itelligit oēm pāniculū qui cōtinet mēbra iterioꝛa siue cōtineat itestina siue alia. Et per viscera nō itelligit hic Auic. solū itestina. sed itelligit oīa interioꝛa. Dixit aūt forte vel foꝛtasse. qꝛ vt dictum est supꝛa. aliqñ bene pōt esse exitura in mēbꝛis interioꝛibus. ⁊ tñ nō erit pulsus durus sicut si exitura sit in mēbꝛo molli. vel sit alia causa humectans foꝛtis rōne cui⁹ ipedit̄ duricies pulsus: vt ponit Auicen. in pꝛimo: sed vꝑlumū quādo non est pulsus durus exitura nō est interioꝛ: sed foꝛte ē in pāniculo q cōtinet mēbꝛa iterioꝛa: vt ponit Aui.

ℭ Significatio maturatōis itrīsece. CAP. XXV.

Quando accidūt significatiōes exiture itrīsece: deīde qescūt accñtia q̄ sūt ex febre ⁊ horripilatiōe doloris sedatiōe cōpleta ⁊ remanet grauitas: tūc scias ꝙ sanies iā cōfirmata ē ⁊ maturatio adest.

ℭ In illo caplo Auicen. ponit signa quādo exitura intrinseca est matura. ⁊ patet qḋ dicit.

ℭ Signa propinquitatis eruptionis intrinsece. CAPL. XXVI.

Quando redeūt dolores ⁊ fiūt pūctiones ⁊ moꝛdicatio ⁊ grauitas fit vehementioꝛ ⁊ similantur feb. tunc eruptio iam appropinquat. Cum ergo accidit rigoꝛ subito ⁊ sedant̄ grauitas ⁊ doloꝛ: tunc iam eruptio facta est: ⁊ pꝛopꝛie qñ apparet sanies euāta moꝛdicās illud qḋ ꝑtransit. ⁊ ē necessariū vt sit arefactio virtutis ⁊ debilitas arefaciēs. Et qñ exiture itrinsece fit eruptio subita ⁊ egreditur res plūma: tūc foꝛtasse accidūt pulsus coꝛdis ⁊ sincopis mala. ⁊ foꝛtasse accidit moꝛs ꝓpter resolutionē virtutis. ⁊ foꝛtasse accidit vomit⁹ ⁊ vētris solutio. ⁊ foꝛtasse accidit sputū saniei plurime subito quādo exitura est in pectoꝛe. ⁊ foꝛtasse accidit pꝛefocatio quādo erumpit ad pectus res plurima subito.

ℭ In isto capitulo Auicenna ponit signa eruptionis exiture que est in membꝛis interioꝛibus. Et habet illud capitulum tres partes. In pꝛima parte Auicen. ponit signa quando appꝛopinquat eruptio exiture itrinsece. In secūda ponit signa quando facta est eruptio. In tertia parte ponit quedam accidentia que aliquando consequunt̄ ad eruptionem subitam exiture intrinsece. secūda ibi (Cum accidit rigoꝛ subito) tertia ibi (Et quando exiture intrinsece fit eruptio subito ⁊c̄.) partes ille per se patent. ⁊ planum est quod in eis dicitur.

Sed circa ista capitula est quoddam dubium. quia diceret aliquis: ad qd Auicenna determinat hic de exituris intrinsecis. quia videt̄ ꝙ determinatio ipsarum spectet ad tertium librū. sicut enim in tertio libro determinat Auicen. de apostematibus cōtingentibus in membꝛis interioꝛib⁹: ⁊ non spectat determinatio ipsoꝛum ad illum librū: ita etiam videtur ꝙ ad illum librum non spectet determinare de exituris intrinsecis. sed solū spectet ad ipsū determinare de exituris extrinsecis. ℭ Tu potes respondere ꝙ ad illum librū spectat quodam modo determinare de exituris intrinsecis. Pꝛimo. quia cum aliquando exitura extrinseca procedat ⁊ rumpatur ad membꝛa interioꝛa: sicut dictū fuit in pꝛimo capitulo de exituris. ideo Auicē. voluit pꝛedicere in illo libro signa intrinsece exiture. Item etiam alio modo hic determinat de exituris intrinsecis. Et alio modo in tertio libro. quia in illo libro determinat̄ de ipsis generaliter eo ꝙ sunt quedam signa generalia omni apostemati interioꝛi quādo fit exitura. sed in tertio libro determinatur de exituris specialiter put fiunt in tali membꝛo ⁊ tali. ⁊ ideo bene spectat ad istum librū determinare quodam modo de exituris itrinsecis. s. generaliter ponendo signa generalia omni apostemati quādo fit exitura. ⁊ ponendo regimen generale ipsarum: vt postea ponet Auicenna. Uerum est tamen ꝙ sine dubio credo ꝙ pꝛincipalioꝛ intentio Auicen. sit determinare de exituris extrinsecis. Sꝫ hic tetigit aliquid de intrinsecis ꝓpter causas que dicte sunt.

ℭ Curationes exiturarū apparentiū. CAP. XXVII.

Euacuatiōes qdē ⁊ ea qb⁹ medicātur apꝑta in pꝛicipijs suis nisi timeat̄ reditus materiei ad mēbrū nobile sic ꝯsiderauimus: ⁊ in hoc errant stolidi: sunt res in qbus cōicant exitura calida ⁊ apꝑta calida que non sunt exiture.

¶ Superius Auic. determinauit de exituris mō theorico tam de exituris extrinsecis ꝙ̄ intrinsecis. hic determinat de eis mō practico. s. ponēdo curā ipsarum. Et diuidit hec pars in ptes duas. pmo determinat de cura exiturarū extrīsecarum. 2° ponit quoddā regimen vlē de exituris intrinsecis. 2° ibi (Ad dubeles qdē intrinsece ⁊c̄) Prima porte⁊ diuidit in duas. in pma pte Auic. ponit regimē ⁊ curā exiturarū apparentiū in vlī. 2° q2 vn⁹ modus regimis ipsa⁊ est per maturationez ipse determīat q̄ sunt nāe medicinarū q̄ hoc efficiunt ⁊ q̄ ipsa⁊ d3 esse actio. vel alr. 2° ponit regimen ipsa⁊ magis. 2° ibi (Medicinaꝝ maturantiū caliditas ⁊c̄) In illo ḡ caplo Auicē. ponit curā ⁊ regimen exiturarū extrinsecaꝝ in vlī. Et circa hoc Auic. duo facit. pmo ponit curā ipsaꝝ q̄tū ad pncipiū q̄ est cura cōis exituraꝝ ⁊ alioꝝ apatū calidoꝝ. 2° ponit curā ipsaꝝ post pncipiū q̄ est ꝓpria cura ipsaꝝ exituraꝝ inquantum exiture sunt. 2° ibi (Illud vō qd̄ appropriat̄ de regimie ⁊c̄) Dicit ḡ pmo. Euacuatiões qdē ⁊ ea qbus curantur apata in pncipijs suis. s. cū purgatiōe ⁊ repcussiōe nisi timeat̄ reditus māe ad mēbrū nobile sicut est in locis emūctorijs vbi nō ponimus repcussiua pp illaz cām sicut declarauit. s. in li° p. fen 4ª. ca° de cura apatū in generali. Et sicut errāt in hoc stolidi. q2 stolidi medici nō excipiūt illa loca a repcussiōe sūt res in qbus cōicant exitura calā ⁊ apata calida q̄ nō sunt exitura. hoc est dicere ꝙ exiture calide cōicant q̄tum ad curationē in suis pncipijs cū apātibus calidis q̄ non sunt exiture. vn̄ sicut in illis cōpetūt repcussiua in pncipio nisi in locis emūctorijs: ita ēt in istis cōpetūt repcussiua in pn° nisi in locis emūctorijs. ⁊ iō quantū ad pncipiū curatiōis ipsaꝝ cōicant cū curationibus alioꝝ apatuz calidoꝝ. ⁊ iō pro cura ipsaꝝ q̄tum ad pncipiuz recurras ad ea q̄ dicta sunt pus. Intellige tamē hic qn̄ loquit̄ de cura exiturarū q̄tum ad pncipiū ꝙ hic loquit̄ de exituris q̄ fiunt maxime icipiendo sicut icipiunt apata calida q̄ nō sunt exiture. q2 de istis h3 veritatē ꝙ in pncipio ipsaꝝ d3 fieri repercussio sicut in pncipijs alioꝝ apostematū calidoꝝ. nō aūt est verū de exituris q̄ fiunt pmutādo ex alijs apostematibus calidis. q2 in talibus nō cōpetit repcussio cuz repcussio sit facta in apate. imo qn̄ vidimus apostema incedere itinere exiture: tūc debem⁹ statī3 incedere in viā eius qd̄ maturat ⁊ aperit sicut dixit. s. Auic. ⁊ ideo illud qd̄ dicit h̄ q̄tum ad istam ptez cōuenit exituris que fiunt icipiēdo. Sed alia q̄ dicet post q̄ appropriant̄ exiture inquātū exitura est cōuenīūt vtriq3 exiture siue fiat incipiendo siue pmutādo. q2 illud regimen qd̄ dicet̄ conuenit exiture inquantū exitura. ⁊ iō appropriat̄ vtriq3 exiture. sed istud regimē qd̄ hic ponit est cōe oīb⁹ apātib⁹ calīs ⁊ exituris. iō nō cōuenit nisi exituris q̄ fiūt icipiēdo ad modū alioꝝ apostematū calidoꝝ. Tunc sequit̄ illa pars.

¶ Illud vero qd̄ ei appropriat̄ de regimie ē resolutio eius qd̄ aggregatū est in ea.

¶ In q̄ pte Auicē. ponit regimē ⁊ curā exiturarū q̄ appropriant̄ exituris inquantū exiture sunt. ⁊ in exituris q̄ fiūt incipiendo d3 fieri illud post pncipiuz. Sed in exituris q̄ fiunt in pmutādo d3 fieri in pncipio ipsarū. s. qn̄ videm⁹ apostema incedere itinere exiture. q2 tūc statim debem⁹ admīstrare curā ⁊ regimē qd̄ hic ponit̄. Diuidit̄ aūt pars illa in partes duas. q2 pmo ponit istud regimen qd̄ cōpetit exituris inquātū exiture sunt in vlī. in scd̄a parte quia illud pōt fieri plurib⁹ modis Auicē. ponit illos modos. 2° ibi (Et illud est scd̄3 duos modos) Dicit pmo. illud vero qd̄ appropriat̄ ei. i. exiture de regimie. i. de curatiōe est resolutio. i. extractio eius qd̄ aggregatū est in ea. i. exitura. Uult dicere ergo Auic. ꝙ regimē ꝓprium exiture inquantum exitura est ē resolutio humoris aggregati in exitura.

¶ Intellige aūt qn̄ dicit Auicen. est resolutio: nō resolutionem q̄ fit cuz medicinis per poros. q2 illa resolutio cōpetit ēt apostematib⁹ que nō sunt exiture qn̄ apostemata sunt in statu. Sed itelligit hic Aui. per resolutionē extractionē māe cōgregate in exitura p rupturā exiture ⁊ nō p poros sicut statī3 post videbit̄. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et illud est s̄m duos modos regimis. Quorum vnus est regimē currēs s̄m rectitudinem cū egritudo nō egredit̄ ab eo qd̄ cōsuetū ē plim. ⁊ est vt igenieť in maturatiōe materiei vt fiat sanies in eruptiōe ei⁹ post illud vt tu obserues virtutez ⁊ cōserues eā ne psternāt eā dolor ⁊ eruptio subita. plures. n. hoīum mortui sunt sincopizando ex arefactiōe virtutis. Jmmo o3 vt obseruet eā medic⁹ q̄liter cōfortet virtutem ⁊ cōseruet eā cuz eo qd̄ scis: q̄re o3 vt cibet̄ patiēs dubellati cibis bonis nisi sit exitura i visceribus: qm̄ tūc o3 necīo vt subtilict̄ cibus.

¶ Auic. specificat modos s̄m quos fit pdictuz regimen. s. resolutio ⁊ extractio māe cōgregate in exitura. Et q2 duo sunt modi s̄m quos fiet extractio ⁊ resolutio māe congregate in exitura eius qd̄ cōgregatū est in exitura. Un⁹ modus est s̄m regimē rectū simplr. Alius modus fit s̄m regimen nō rectū simplr. sed est rectū s̄m quid. q2 est ꝓpter necessitatē vt postea videbit̄. iō Auicen. ponit illos duos modos. Et pmo ponit modū qui est regimē rectū simplr. 2° ponit regimen nō rectuz simplr. 2° ibi (Et 2m est regimen egrediens a rectitudine) Dicit ergo pmo. Et illud. s. resolutio. i. extractio eius qd̄ in exitura est. i. fit s̄m duos modos regimis: quoꝝ vnū est regimen currens s̄m rectitudinē. i. est regimen rectū simplr. Cuz egritudo nō egreditur ab eo qd̄ cōsuetuz est plimū. s. in magnitudine. i. cū exitura nō est nimis magna vltra cōsuetudinē. q2 qn̄ exitura nō egredit̄ in magnitudine vltra illud consuetū qd̄ cōsuetū est plurimū: tunc pōt in ea fieri extractio humoris cōgregati s̄m modū recti regimis. Qd̄ aūt sit illud regimen rectū Auic. ponit cum dicit. Et est vt igenietur ⁊c̄. q2 pmo medic⁹ o3 ingeniare in maturatiōe māe. ⁊ postea in eruptione exiture per quā extrahit̄ ⁊ resoluit̄ illud qd̄ est aggregatū i exitura. fit ergo resolutio ⁊ extractio illi⁹ qd̄ est aggregatū in exitura s̄m regimē rectū. vt pmo maturemus exiturā ⁊ post erumpam⁹: ⁊ nō deb3 pus rumpi anteq̄ maturet̄. Et obserues tunc. s. qn̄ igeniamur in maturatione māe ⁊ in eruptiōe exiture virtutez ⁊ conserues eam ne psternet ea3 dolor. s. quādo maturamus. q2 quādo exitura maturat̄ ⁊ materia fit sanies: tūc accidūt maximi dolores ⁊ febres iuxta illud qd̄ dictū est p Ypoc. circa generationē saniei ⁊c̄. Et eruptio subita. i. ⁊ cōserues ēt virtutē ne psternet etiā eam eruptio subita. plures enim hoīes mortui sunt sincopizando ex arefactiōe virtutis. i. ex debilitate ⁊ defectu v̄tutis: qui qdem defectus accideret ex magno dolore eo ꝙ dolor nimi⁹ dissoluit virtutē ⁊ adducit ad raritatē pulsus ⁊ perditionē s̄m ꝙ ponit Aui. in pmo caplo de pulsu doloris. ⁊ pōt etiā accidere ex eruptione subita exiture. q2 in eruptiōe subita exiture resoluitur calor inatus ⁊ spūs. ⁊ spāliter si exitura sit aliquantulum magna ad quā resolutionē caloris innati sequitur defectus v̄tutis ad quē defectū aliquādo sequit̄ mors. ⁊ ꝓpter hoc quādo rumpit̄ exitura: ⁊ spāliter si sit aliquantulum magna nō d3 in vna vice dimitti egredi totū qd̄ est in exitura ꝓpter resolutionē spirituū ⁊ caloris innati: imo op3 ⁊c̄. cum eo qd̄ scis. s. cum cibis ⁊ potibus ⁊ alijs q̄ cōfortant ⁊ restaurant virtutez. ⁊ hoc est quod subinfert

Aui. quare oʒ vt cibet̃ patiẽs ⁊c. nisi sit exitura in visceribus .i. in interioribus. Quã oportet necessario vt subtilieẽ cibus. q2 aliud est de exituris exteriorib⁹ ⁊ aliud est de interioribus. q2 exiture iteriores sunt egritudĩes magis acute. ⁊ ideo cibus in eis debʒ subtiliari. sicut subtiliat̃ in alijs egritudinib⁹ acutis. Et ideo bene dicit Aui. in p̃mo. fen q̃rta. capl'o de curatõe apostematũ. qñ loqtur de apostematibus occultis. q̄ habenti ea non dandus est cibus: nisi propter multam debilitatẽ fiat. Et dicit vlterius. Cui autem sincopa supuenerit ꝑpter collectionẽ apostematis interioris cum casu virtutis in dolore mortis existit. qm̃ v̄tus non sustentat̃ nisi nutrimẽto: ⁊ nutrimẽtũ est magis res timorosa .s. apostematib⁹ occultis. Tũc seqtur illa pars.

¶ Et secundus est regimẽ egrediẽs a rectitudine ꝑpter necessitatẽ dispositionis: ⁊ est quoniã qñ egritudo est magna ⁊ exitura ptransiens in magnitudine sua illud q̄ꝺ ꝯsuetum est ⁊ timet̃ festinatio rei in expectatione maturationis i ea et scitur q̄ virtus non sufficit in maturatione illius totius: ⁊ si admistrant̃ maturatiua pducẽt illud ad vestigium immaturationis: tũc necessaria est pforatio cum cautela ne ferrũ tãgat illud q̄ꝺ seqtur exiturã de mẽbris nobilib⁹ in tactu quoq₃ a ferro est timor.

¶ In parte illa Auicẽ. ponit s'cõm moduʒ s'm quem fit extractio ⁊ resolutio eius q̄ꝺ est aggregatũ in exitura qui est regimen non rectũ simplr. secũdo incidentalr ponit quandam curatonẽ de pforatione ⁊ sectione que cõmunis est ⁊ debet obseruari vtroq₃ modo regiminis. tertio docet succurrere cuidã accidenti q̄ꝺ seqtur aliqñ illud regimẽ non rectũ simplr. quarto ostendit quare illud regimen non est rectũ simplr: ⁊ est rectum s'm qd. quinto ostẽdit vbi maxime illud regimen debet euitari. secũda ibi. (Et oportet vt pforatio ⁊ sectio). 3ª ibi. (Et si apostemata fiant vehemẽtiora). quarta ibi. (Et scias q̄ hec pforatio). q̄nta ibi. (Et loca conuenientiora ad expectandũ). In p̃ma parte Auicẽ. ponit istum modũ regiminis quod est regimen non rectum simplr: sed est rectũ s'm qd. ꝑpter necessitateʒ. Et diuidit̃ pars illa in partes tres. In p̃ma pte ponit istũ modũ regiminis. in secũda parte ostẽdit q̄ in exituris in q̄b⁹ administratur istud regimen: ꝑpter necessitateʒ medicine maturatiue non pdessent. sed nocerẽt. tertio concludit in talib⁹ exituris debere fieri illud regimen non rectum simplr. sʒ s'm quid. 2ª ibi. (Et si fiducia habeat̃). 3ª ibi. (In hõ ergo necessaria est ⁊c.). In parte p̃ma Auicẽ. dicit: quia plες sũt cause necessitatis ad illud regimẽ. ideo ponit illas causas ꝑpter quas necesse est operari sʒ istud regimẽ. Diuidit̃ hec pa in plες ptes sʒ q̄ plες ponit causas. secũda ibi. (Et istõ est q̄ senseris q̄ mã talis est grossitiei). 3ª ibi. (Aut timueris q̄ ipsa ꝑpter suam abbreuiationẽ). 4ª ibi. (Aut exitura est ꝓpe iuncturas). Dicit ergo p̃mo. 2ᵐ .s. regimen per q̄ꝺ fit extractio eius q̄ꝺ est aggregatũ in exitura est regimen egrediens a rectitudine ꝑpter necessitatẽ dispõnis. ¶ In hoc ergo intellige q̄ illud regimen non est rectũ simplr: sʒ est rectũ s'm qd. q2 ꝑpter necessitatẽ cogentem. ⁊ tũc ponit vnã cãm quare illud regimẽ est necessariũ cum dicit. Et est supple istud regimẽ necessariũ: qm̃ qñ egritudo .s. exitura est magna ptrãsiẽs in magnitudine illud q̄ꝺ ꝯsuetuʒ est .i. fit maxima valde. Et timetur festinatio rei .i. putrefactionis in expectatione maturitatis in ea. quia propter magnitudinem eius scit̃ q̄ virtus non potest sufficere in maturatione illius totius exiture. Et si admistrent̃ maturatiua illud pducent ad vestigiũ imaturationis .i. pducent ad putrefactionem. q2 qñ exitura est magna ⁊ virtus debilis nõ potens sufficere in maturatione illius materiei totius. tũc illa maturatiua apposita citius inducũt putrefactionem. vt postea dicet Aui. Primo q2 cum maturatiua sint inviscãtia ⁊ opilãtia ꝓhibẽt exalare ⁊ respirare fumos putridos: qui q̄dẽ ibi retẽti cum v̄tus est debilis citius putrefaciũt. Itẽq₃ etiã cũ maturatiua moueãt caliditatẽ membri ad maturandũ mãm ⁊ caliditas sit debilis non potẽs sufficere citius calor ille mot⁹ a medicis maturatiuis vincit̃. ⁊ per ꝯñs inducit̃ ibi citius putrefactio. Et ideo bene dicit Aui. q̄ si admistrent̃ tũc maturatiua pducent ad vestigiũ immaturationis: hoc est ad putrefactionẽ. tũc .s. qñ ita est q̄ egritudo est magna ⁊ v̄tus debilis non potens sufficere in maturatione illius totius necessaria est pforatio .s. ante maturationem cum cautela ne ferrum tangat illud: q̄ꝺ seq̃t exituraʒ de membris nobilib⁹. in tactu quoq₃ a ferro est timor. hoc est dicere: q̄ tũc est facienda pforatio ante maturationem cauẽdo ne ferꝝ tangat aliquod membroꝝ nobiliũ cuʒ exitura est ꝓpe illa membra sicut ne icidat̃ neruus vel arteria vel itestina vel stomacus si exitura est ꝓpe illa membra. ¶ Sic ergo tũc ex dictis Auicẽne habet̃ q̄ qñ egritudo est magna valde ⁊ virt⁹ est debilis non potẽs sufficere in maturatione illius. q̄ debet fieri pforatio exiture ante maturationem. Et illud regimẽ non est rectũ simplr. q2 regimen rectũ simplr est illud q̄ꝺ est dictũ ꝓus .s. p̃mo vt materia maturet̃ anteq̃ exitura erumpat̃. est tñ illud regimẽ rectũ s'm qd. q2 ꝑpter necessitatẽ cogentẽ ⁊ vna causa necessitãs. ad hoc .s. quare exitura oʒ rũpi ante maturationẽ est quam non ponit Aui. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et illud est cum senseris q̄ materia talis est grossitiei q̄ non maturabit̃: ⁊ q̄ calor inatus i mẽbro tãte est puitatis q̄ non maturabit̃.

¶ Aui. ponit aliã causam: quare exitura oʒ rumpi añ maturationem. Dicit ergo Aui. Et illud est .i. alia causa est q̃re .s. exitura oʒ rũpi ante maturationẽ. q̄ pro q2. q2 cũ senseris q̄ mã est talis grossitiei q̄ nõ maturabit̃. ⁊ q̄ calor in mẽbro est tante paruitatis q̄ non maturabit .i. q̄ non poterit digerere illã mãm: tũc supple oʒ fieri eruptio ante maturationẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut timueris q̄ ip̃a propter suam abbreuiationem est talis q̄ alterabitur alteratione non maturationis vere.

¶ Ponit aliã cãm quare exitura oʒ rũpi añ maturationeʒ. Dicit ergo. cõstrue sic. aut timueris q̄ ipsa .s. materia est talis q̄ alterabit̃ alteratõe maturatõis nõ vere. hoc est alterabitur alteratione putrefactiõis ꝑpter abbreuiationem suam .i. ꝑpter abbreuiationẽ caloris nãlis. tũc supple si ita est icidẽda est exitura añ cõpletã maturationẽ q̃si velit dicere Aui. q̄ si mã sit talis: vt q2 sit male q̃litat̃ ⁊ corrupte: ⁊ calor inat⁹ sit paucus non potẽs rectificare: tũc icidẽda ẽ exitura ante maturationẽ ꝑpter timorẽ ne alteret̃ illa exitura ad putrefactionẽ ⁊ corruptionẽ mẽbri: ⁊ rõne sue male qualitatis. Et differt hec causa a p̃dicta: q2 p̃dicta causa quare debeat icidi ante maturationem exitura est: q2 erat sicut mã grossa ⁊ calor in⁹ paucus nõ potẽs ipsam digerere. Sed ista causa q̃re exitura oʒ icidi añ maturationẽ est vt q2 calor inat⁹ sit paucus ⁊ mã male q̃litatis ⁊ corrupte. q2 qñ calor nãlis ante maturationẽ est: vt q2 calor innatus sit paucus ⁊ materia male qualitatis ⁊ corrupte. q2 qñ calor naturalis est pauc⁹ materia male qualitatis ⁊ corrupte: timẽdum est ne materia alteretur ad putrefactionem mẽbri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut exitura est ꝓpe iuncturas ⁊ mẽbra principalia quare timet̃ q̄ ipsa corrũpat ea.

¶ In pte illa Aui. ponit aliã cãm q̃re necesse est aliqñ incidere exiturã añ maturationẽ. ⁊ est hec causa ex pte membrorũ. Dicit ḡ Aui. aut. s. faciẽda est pforatio añ maturationem si exitura est ppe iuncturas ⁊ pncipalia mẽbra quare timet̃ q̓ ipsa corrumpat ea. s. ante maturationem completam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si fiducia habetur in medicinis facientib⁹ inuiscationem ⁊ maturantibus non elongabit̃ quin inuiscantia probibeant penetrare inspirationem in spatium: ⁊ maturatiua moueãt caliditatem debilẽ: ⁊ totum illud iuuat ad putrefactionem membri.

¶ In parte ista Aui. ostẽdit q̓ in pdictis exituris medicine maturatiue obsunt ⁊ nõ iuuãt. Dic̃ ḡ Aui. Et si fiducia habet̃ in medicis faciẽtib⁹ ⁊c̃. non elongat̃ qn inuiscãtia pbibeant penetrare ĩspiratiõẽ in spaciũ. quasi vult dicere q̓ maturatiua in pdictis casib⁹ nocẽt: ex h̓ q̓ sunt inuiscãtia ⁊ opilãtia. q: ex hoc q̓ sunt inuiscãtia ⁊ opilãtia: pbibẽt respirare fumos putridos ex apostemate q̃ ibi retẽti citius corrumpẽt mẽbrũ. ⁊ hoc vult dicere Aui. cũ dic̃ pbibẽt penetrare ĩspiratiõẽ in spaciũ ⁊c̃. Itẽ: nocẽt maturãtia ex h̓ q̓ mouẽt calẽ debilẽ que est debilis respectu digestionis illius mãe que qdẽ mota a medicis cũ non possit digerere citius adiuuat ad putrefactionẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In huiusmodi ergo est necessaria incisio profunda ⁊ perforatio disrumpẽs: deide sequatur illud medicine que sunt in vltimo resolutionis ⁊ exiccationis.

¶ Cõcludit ex dictis q̓ in pdictis casib⁹ debꝫ fieri illud regimen q̓ non est rectũ simplr̃: sed est rectũ fm qd. Dicit ḡ in hꝫ ḡ. s. exituris que sunt ex talib⁹ cõditõib⁹ necc̃ia est incisio pfunda ⁊ pforatio disrumpẽs: supple ante maturationem cõpletã ppter cãs necessitãtes pdictas. Deiñ seqtur illud. i. illã incisionẽ medicine que sunt ĩ vltimo resolõnis ⁊ exiccatõis. q: cum illa pforatio añ maturationẽ sit generatiua virus ⁊ fistulaꝝ. vt dicet postea Aui. ⁊ virus ⁊ fistule idigent exiccatiuis: ideo post illã pforationẽ debent administrari medicĩe resolutiue: ⁊ fortiter exiccatiue. Et idẽ qd̓ dictũ est hic dicit Aui. in p̊ libro. ca.⁰ de curatõe cõpatum in illo. ḡ. q̓ añ maturationẽ efficit cũ aliq̃: q̓ sic h̓ maturatiuũ attẽdere dꝫ q̓ si viderit calorẽ inatũ debilẽ: ⁊ q̓ iaꝫ membꝝ decliner ad hoc q̓ corrũpat̃ remoueat ab eo glutinosũ opilatiuũ. Appet ex dictis q̓ plures sunt cause. q̃re apostema dꝫ erũpi añ expectationeꝫ maturatõis cõplete. vna est si exitura est magna valde: ita q̓ virus nõ possit sufficere in maturatõe illius totius materie: sed p̃us corrumpat̃ mẽbrũ. ¶ Alia causa est. si mã sit grossa: ⁊ q̓ sit difficilis maturatõis ⁊ calor inat⁹ sit debilis in mẽbro non potẽs illã mãm grossam digerere. ¶ Tertia causa est: si sit male q̃litatis ⁊ corrupte ⁊ calor nãlis sit paucus non potẽs rectificare ⁊ digerere. sed p̃us illa mã alterat̃ ad putrefactionẽ. ¶ Quartã causam ponit Aui. si exitura sit ppe iũcturas ⁊ pncipalia mẽbra. tũc enim dꝫ corrũpi ante maturationem completã: ne materia ⁊ sanies ibi existẽs corrũpat illa mẽbra. Tũc seqtur illa pars.

¶ Et oportet vt sint perforatio ⁊ sectio incedẽtes in longitudine villoꝝ neruoꝝ mẽbri nisi sit voluntas vt destruat̃ opatio illius mẽbri timẽdo casum spasmi: tunc enim icide illos in latitudine ⁊ sanabis ab eo quod timebas. Et plimũ qdẽ longitudis villoꝝ est cum longitudine corporis nisi in membris appropriatis: ⁊ silr inuenis plurimũ longitudinis villorum cum plurimo ligature ⁊ rugaruꝫ nisi ĩ mẽbris appropriatis sicut in fronte.

¶ In qua pte Aui. ponit quendã canonẽ de pforatione ⁊ sectione. Et diuidit̃ illa pars in ptes duas: fm q̓ duos ponit canones. ⁊ ²ibi. (Et non oꝫ vt approximet pforationi aq̃) Dicit ergo pmo. Et oꝫ vt sit pforatio ⁊c̃. nisi sit volũtas. i. nisi sit necesse vt destruat̃ opatio illius mẽbri. s. sensus vel motus. Et plurimũ qdẽ longitudis villoꝝ ⁊c̃. Dic q: Aui. dixerat q̓ pforatio ⁊ sectio dꝫ pcedere fm longitudinẽ villorum: ostẽdit quomodo villi pcedũt fm longitudinẽ. Dicit ergo Aui. Et plurimũ qdẽ longitudis villoꝝ est cum lõgitudine corporis. i. vtplurimum longitudo villoꝝ est fm longitudinẽ corporis ⁊ mẽbri in quo sunt villi nisi in membris appropriatis. q: in aliquib⁹ mẽbris appropriatis villi non sunt fm longitudinẽ corpis: imo pcedũt per trãsuersum corpis sicut est in costis: vbi pcedũt per trãsuersum ⁊ in inguine: vbi villi non pcedũt totalr̃ fm longitudinẽ corporis: sed pcedũt fm rugas que quodãmodo pcedũt fm latitudineꝫ corporis: ⁊ in alijs mẽbris appropriatis in quibus sectio non fit fm longuꝫ: sicut apparebit in illo capl̃o. Cum inuenis exiturã cutis: ⁊ in alijs mẽbris appropriatis vbi trãsuersant̃ villi fm longitudinẽ coꝝ. sed vtplimũ longitudo coꝝ villoꝝ est fm longitudinẽ corpis. Et silr inuenis plurimũ longitudis villoꝝ cum plimo ligature. i. plicature ⁊ rugarũ. i. vtplimũ longitudo villoꝝ pcedit fm modum rugarũ. ⁊ hoc intelligit̃ in mẽbro habẽte rugas nisi ĩ mẽbris appropriatis: sicut in fronte. q: in fronte villi non pcedũt ad modũ rugarũ. q: ruge pcedũt per trãsuersum: ⁊ villi per longũ. Et ex hoc qd̓ dicit hic Auic. habet̃ q̓ cum sectio debeat pcedere fm longitudinẽ villoꝝ ⁊ lõgitudo villoꝝ pcedat fm longitudinem corpis q̓ pforatio debet esse fm longitudinem corpis: nec in mẽbris appropriatis nisi longitudo villoꝝ non pcedat fm longitudinẽ corpis. Sed in talibus mẽbris pforatio dꝫ fieri fm diuersitatem situs villoꝝ. ⁊ ideo fm diuersitatẽ membroꝝ sit pforatio diuersa. vt postea docebit Aui. in illo capl̃o. Cum inueneris exiturã grosse cutis ⁊c̃. vbi docet qualr̃ dꝫ fieri perforatio spãliter in mẽbris diuersis. Itẽ etiã ex dictis Auic. habet̃ cuꝫ sectio debeat pcedere fm longitudinẽ villoꝝ: ⁊ longitudo villoꝝ vtplimũ est fm rugas: q̓ sectio ⁊ pforatio debent esse in mẽbro hñte rugas fm rugaꝝ collectionẽ que sunt in mẽbro: vbi icessus rugarũ diuersificat̃ a situ villorum: q: in tali mẽbro dꝫ fieri sectio fꝫ icessum villoꝝ: ⁊ nõ fm icessum rugarum: sicut in fronte. ⁊ hec v̓ba declarant̃ melius in illo capitulo. Cum inueneris exituraꝫ grosse cutis ⁊c̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et oportet vt non approximet pforato neq̃ secto aqua neq̃ oleũ neq̃ aliqd ĩ quo sit pigue. Et si non est excusatio qn lauet̃: tunc fiat cum aqua ⁊ melle: aut aqua cuꝫ vino: aut cum aceto. Et si vehemẽtiora fiãt apostemata ⁊ inflatio post pforationẽ vaporet̃ cuꝫ lentibus. ⁊ si non fuerit illud necessarium admistrabis icarnatiua etiam emplastra.

¶ Aui. ponit duos canones de eruptione exiture: ⁊ hoc qñ exitura est pforata ⁊ erupta. ⁊ patet. Et si apata fiãt vehemẽtiora ⁊c̃. In qua parte Aui. docet succurrere cuidam accidenti. qd̓ seqtur aliqñ ad dictũ regimen. s. qñ perforatio fit ante maturationẽ. Dicit ergo Auicẽna: q̓ si apostemata fiãt vehemẽtiora: ⁊ vt q: exeũt virus fiant virulẽta: ⁊ q̃si fistule ⁊ inflatio: supple fiat vehemẽtior post pforationeꝫ supple que fit ante maturationẽ vaporet̃ cum lentib⁹. hoc

causas quare [illegible] ationem

est dicere emplastreť cum lentib⁹. dictuȝ enim fuit supra in illa parte. In huiusmodi necessaria est incisio: ꝙ post talē incisionē vel pforationē: que fit ante maturationem debēt seq̄ emplastra que sunt i vltimo resolonis ꝛ desiccationis. ꝛ hoc etiam dicit Aui. in pmo: vt dictum fuit supra. ꝛ ideo cum lentes sint desiccatiue ꝛ resolutiue. ideo Aui. dicit ꝙ si apostemata illa post pforationē talē fiant vehemētiora ꝙ emplastrenť cum lentibus: eo ꝙ lētes resoluūt: ꝛ desiccant virus: ꝛ quodāmodo ēt alterāt inflāmationē. ꝛ specialiter si admisceanť cum aliqs infridatiuis desiccatiuis. Et intellige hic ꝙ quanq̄ Aui. dicat ꝙ post pforationē talem debēt seq̄ emplastra desiccatiua ꝛ resolutiua: nihilomin⁹ credo ꝙ cum talib⁹ emplastris desiccatiuis bonum est miscere ea que māām digerāt. q: cum illa pforatio fiat añ maturationē relinqtur materia cruda in vlcere ꝛ indurātur labia vlceris rōne indigestionis materie. vnde rōne virulentie que generať ibi cōpetūt exiccatiua. rōne v̄o materie que indigesta est cōpetūt ibi digestiua vt digerant māām ꝛ labia vulneris indigesta. ꝛ ppter hoc qñ admistranť talia digestiua in apostemate illo non debēt coqui in aqua que humectāt ꝛ putrefaciūt vlcera virulēta. sed debēt coq̄ cū licinio qḋ desiccat. ꝛ est bonū vlcerib⁹ vel i aqua mellita. Et si nō fuerit necessariū. s. admistrare ista emplastra exiccatiua. ꝛ hoc q: apostemata non fiūt vehemētiora post talem pforatione admistrabis icarnatiua ꝛ emplastra. i. administrabis vnguēta carnis generatiua donec ꝯsolidetur vulnus ꝛ sanet locus. Tūc seqtur illa pars.

¶ Et scias ꝙ hec perforatio est generatiua vir⁹ ꝛ fordicei ꝛ fistularum: verum cum non inuenis excusationē: tūc nō est ingeniū aliud.

¶ In parte illa Aui. ostēdit vt pus dicebať causam: quare pdictū regimen. s. pforare ante maturationē non est rectū simpl'r: sed est rectū fm qd. Dicit ergo. Et scias ꝙ hec pforatio. s. ante maturationē ꝛc̄. veꝝ cum non inuenis excusationem. s. ab ista pforatione ppter causas pdictas: tūc non est ingenium aliud. s. q̄ ista perforatio: eo ꝙ per ipsam curať maius malū. Uel pōt exponi alio modo. Uerū cū non inuenis excusationē. s. ab illa pforatione que est generatiua fordicei ꝛ virus ꝛ fistulaꝝ: tūc non est ingeniū aliud. s. q̄ admistrare post istā pforationē emplastra ex lētib⁹ vel ex alijs exiccatiuis. Tūc seqtur illa pars.

¶ Et loca conuenientiora ad expectandum vt i eis maturetur sunt loca carnosa paucorum neruorum ꝛ venarum.

¶ In qua parte Auicēna ostēdit vbi maxime oportȝ euitare istud regimen: qḋ dcm̄ est. s. pforare ante maturationē. ꝛ pmo ostendit hoc in apostematib⁹ a parte locoꝝ in qbus fiūt. secūdo ostēdit absolute de pforatione vbi dȝ euitari. ꝛ hoc a parte apatū fm se. 2ª ibi. (Et scias ꝙ pincales) Dicē ergo pmo. Et loca cōueniētiora ad expectandum vt in eis matureť ꝛc̄. In istis ergo locis dȝ euitari: ne exitura pforetur ante maturationē. Sed intellige: vt dicit hic Albucasis: ꝛ bene ꝙ ex locis carnosis excipiť exitura ani: cuius pforatio non est expectanda vsq̄quo materia digerať: imo debet: vt dicit Albucasis cruda existente materia pforari: ne profunditas eius elongetur ad interiora ani ꝛ fiat fistula. Sed Aui. hic de hoc non fecit mentionē: eo ꝙ de hoc fecit mentionē in tertio libro: vbi determinauit de apostematibus ani. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et scias ꝙ pincales eleuate acutoꝝ capitum parum idigent perforatione neq̄ ante maturationem neq̄ post ipsam.

¶ In parte ista Aui. ostēdit absolute in qbus exituris dȝ vitari pforatio ante maturationē: ꝛ post maturationē: ꝛ parȝ qḋ dicit. q: tales exiture pincales ppter caliditatē ꝛ subtilitatem materie ipsarū rumpunť per se. ꝛ ideo in talib⁹ nō est pforatio facienda. imo si rumpať cum ferro fiūt apostemata ista vehemētiora. ꝛ plus inflāmanť rōne caliditatis ꝛ subtilitatis materie istarum exiturarum. vnde melius est ꝙ dimittantur per se rumpi.

¶ Regimen maturationis ꝛ ingeniū ad faciendum pus in exituris apparentibus. CAP. XXVIII.

Medicinarum maturatiuaruȝ caliditas opȝ vt sit ꝓxima caliditati corporis ꝛ sit eius innuiscatio quedaȝ.

¶ Supius Auicēna posuit regimen ꝛ curam exiturarū extrinsecarū in vniuersali. In parte illa Aui. ponit regimen ipsarum in speciali. Diuiditur aūt hec pars in partes duas. In pma parte ponit regimen ipsaꝝ in speciali quantū ad maturationē in spāli ponēdo emplastra medicinas in spāli que habēt maturare apostemata. In secūda parte ponit regimen ipsarū in spāli quantū ad eruptionem ipsarum. secūda ibi. (Cum inuenis exiturā grosse cutis ꝛc̄) Primū caplm̄ diuidiť in duas partes. Primo ostēdit generalr̄ qualis cōplexionis debēt esse medicine maturatiue. secūdo ponit in spāli medicinas maturatiuas. 2ª ibi. (Et de illis que sunt in pmis gradib⁹ ꝛc̄) Dicit ergo pmo medicinarū maturatiuaꝝ caliditās oportet vt sit ꝓxima. i. similis calitati corporis. supple in quo debet sanies generari. quia vt dicit Galienus in libro secūdo de simplicibus medicinis: medicine aūt qualitas siue complexio q̄ adiuuat ad generandū saniē debet esse ꝯpata sibis nature corporis in quo admistrať. Nam cum natura corporis sit calīa ꝛ humida. oportet etiam hāc medicinā caliditatem ꝛ humiditatē habere. ita ꝙ etiam debet habere caliditateȝ actualē: ꝛ non solū potētialiter: quod pōt extrahi ex textu Gal. cum dicit ꝙ male digerētes applicabāt sibi ad stomacum infantes vt ab coꝝ actuali calore iuuareť digestiua. Silr̄ etiam cum in conuersione ad saniem sit digestio: eo ꝙ est opatio virtutis naturalis digestiue: q: eadeȝ virtus digestiua operať in iuuatiuo ꝛ nocitiuo: fm ꝙ ponit Aui. in pmo. ideo medicina que debet iuuare virtutē naturalē digestiuā ad maturandū debet habere caliditatē actualē preter potentialē. Et hoc etiam dicit Serapio in libro de simplicib⁹ capitulo de medicina maturatiua. Et ipsa. i. medicina maturatiua non habet facere istam operationē cū qualitate sui caloris. s. soluȝ. sed potius cū quantitate eius ita ꝙ si pōle esset: ꝙ man⁹ non separeť ab applicatione cōtinua mēbri in quo necessaria est generatio sanici. vel aliq̄d aliud mēbꝝ applicareť citius generareť sanies in eo q̄ in alio modo. Et ideo concludit ipse Galienus. talia medicina erit in vltimo assimilationis cōplexionis corporis illius. s. in quo est necessaria generatio sanici: ꝛ ꝯcito ergo debȝ esse medicina maturatiua caliditatis ꝛ humiditatis equalis caliditati ꝛ humiditati corporis in quo debet fieri generatio sanici. ꝛ quia corpora humana sunt diuersarū cōplexionum. ideo etiā medicia maturatiua i diuersis corporibus debet esse diuerse cōplexionis. non tamen ꝙ hec medicia quantū est rōne sue cōplexionis non solū debet habere respectū ad cōplexionē corporis: sed etiā ad naturam apostematis: q: i apostematibus fridis cōpetunt medicie maturatiue magis acute q̄ i calīs: sicut extrahiť ex dictis Serap. i pdicto caplo. ꝛ ideo Aui. ꝛ alij auctores ponunt diuersa emplastra maturatiua non solū habēdo respectum ad diuersas cōplexiones corpoꝝ. sed etiam ad diuersas qualitates apostematū. Unde qñ dicit Aui. ꝙ caliditas medicine maturatiue debet esse ꝓxima caliditati corporis: debet intelligi. i. caliditati membri vt in ipso est

apostemata: nunc autem si est in eo apostema frigidum cuius calor mēbri sit ifridatus a materia existēte ibi frida oportet fortius esse calidum maturatiuū in ipso q̄ in apostemate calido in quo calor membri supcalefit ⁊ iflāmat. ⁊ fit in eis .s. medicis im maturatiuis inuiscatio quedam. hoc est. ⁊ debent etiam medicie maturatiue pter hoc q̄ sunt calide humide esse glutinose cum quadam opilatōe ⁊ inuiscatiōe. Et causa huius est duplex. Una est quam ponit Serapio in predicto caplō assignato. Oportet enim vt sit viscosa vt faciat additionē substātie caloris inati claudēdo poros corporis ⁊ in claudēdo vapores iterius. ⁊ hoc est necessarium in generatione saniei. q: dicit ipse cōuersio que fit ad saniē est vna ex operatiōib⁹ naturalibus que est conuersio ⁊ alteratio cum qua est etiā paruum digestiuis. Et necesse est quādo volumus vt aliqd digeraī q̄ custodiamus iterius multitudinem spirituū. Et ideo medicie maturatiue debēt esse cum quadā inuiscatione ⁊ opilatōe. Alia causa est quam ponit Aui. in secūdo caplō de opationib⁹ medicinarū singularium. Dicit .n. q̄ in medicina maturatiua dz esse vtus contractiua .i. vtus inuiscans ⁊ opilās retinēs humorē quousq̄ digeraī: ⁊ non resoluaī laboriose ⁊ sepeī humidum ab ipsi⁹ sicco .i. ⁊ separeī subtile a grosso terrestri ⁊ est adustio .i. sic faī adustio. Causa igiī pp̄ter quam medicina maturatiua est viscosa est duplex. Una est vt conserueī calor ⁊ spūs digerens ⁊ non exalet. Alia est vt non fiat resolutio laboriosa ⁊ separeī subtile a grosso qd̄ est postea difficil' resolonis.

¶ Ulterius notandum est q̄ facta est mētio q̄ generatio saniei est opatio nālis vtutis digestiue: q̄ spēs eius quod i corpore alteraī sunt tres sicut posuit Gal. de simplici medicina in smone de medicina maturatiua. vna .n. est alteratio que fit sm cursum nature ⁊ a solo nāli calore: sicut digestio cibi in stomaco ⁊ chili in epate ⁊ sanguis in oīb⁹ mēbris ⁊c. Altera vō est alteratio non sm cursum nature. imo ab extraneo ⁊ actuali fit calore sicut accidit i oīb⁹ reb⁹ que putrefiūt. ⁊ ille spēs sunt cōtrarie. Spēs aūt tertia est permixta ex illis iter vtrasq̄ media ⁊ accidit hoc apud saniositatem: qm̄ fit partim a calore nāli ⁊ partim ab accn̄tali. ⁊ ideo nālis calitas non vicit mām vere. ⁊ illud est etiā: qm̄ est alteratio accn̄s in materia non bona bonitate pura. Et itellige hec q̄ dictum est in sanie laudabili: sicut dictum est supra. q: i sanie illaudabili est plus alteratio ptinēs ad putrefactionem q̄ ad digōnē. ¶ Deinde cum dicit Aui.

¶ De illis sunt i primis gradibus embroca cū aqua tepida ⁊ emplastratio cum farina tritici aut ordei: ⁊ triticum masticatum est melius in hoc: ⁊ panis cum pice aut cera: ⁊ crocus: ⁊ puluis olibani: ⁊ pix cum oleo rosato: aut adeps porci: aut emplastrum de maluauisco ⁊ semie lini: ⁊ iterum emplastrum de ficubus siccis dulcibus grossis pinguibus solis: aut cum farina ordei: iterum ⁊ proprie si ponaī in ea isopus et origanum siluestre: aut aggregeī cum aqua in qua decoquantur cum pauco sale non superfluo ⁊ quando ponitur in eo adeps: aut oleum: aut fortius illo due partes glutinis alborum: et medicine composite ex vuis passis et storace et galbano et myrrha et laudano et resina et butyro et mastice et isopo humida et radice cucumeris asi. et radice sanguinis draguagan. et emplastrum Gal. cum oleo de kerua absq̄ cera et proprie quādo soluitur hoc emplastrū in oleo.

et similiter emplastrum didimos et emplastra basilicon: et de bonis in hoc est medicamen de lapide marchasite cum ammoniaco qd̄ desup ponatur donec cadat per se.

¶ Ponit in spāli medicinas maturatiuas. ⁊ ponit Auicēna plures medicinas ⁊ plura emplastra maturatiua: quorum quedā cōueniunt plus in maturatione exiturarū calarium: ⁊ que sunt ex humorib⁹ subtilib⁹: quedā cōueniūt plus exiturīs que sunt ex humorib⁹ grossis ⁊ viscosis: q: emplastra q̄ sunt magis calida: ⁊ plus incisiua ⁊ magis sicca competūt exituris calis. Et ideo bene dic̄ Aui. Et de illis sunt i pmis gradib⁹. embroca est cū aqua tepida. ⁊ hoc ē dicere de maturatiuis que sunt in pmo gradu calitatis. q: quasi sunt tēperate calida sicut embroca cum aqua tepida. ⁊ si ponitur ibi oleū: tūc erit melius ⁊ fiat viscosa ⁊ cōglutiatiua. ⁊ ideo tale maturatiuū ⁊ simile huic competit plus apostematibus calidis. ¶ Et emplastratio cum farina tritici: supple cocta in aqua ⁊ oleo. ⁊ oportet q̄ istud emplastrum si debeat admistrari in apostematibus calis coquaī decoctōe temperata. vt dic̄ Serapio. q̄ si coquereī multū: tūc est siccū: ⁊ tūc est plus cōueniēs apostematibus fridis: quorum maturatio est difficilis. Unde emplastrum qd̄ conuenit apostematibus calidis. vt dicit Serapio debet esse decoctum decoctione pauca. Et istud qd̄ cōuenit fridis dz esse decoctum decoctiōe multa. Et vt dic̄ Serapio. per hoc qd̄ dico decoctione pauca itelligo q̄ emplastr̄ bulierit solū. Iterū etiā si istud emplastrū debet cōuenire apostematib⁹ calis oportet vt ibi ponaī parum de oleo. Nam emplastrum in quo est de oleo satis. vt dic̄ Serapio cōuenit apostematib⁹ frigidis: quorum maturatio est difficilis. Et in quo est oleū paucum cōuenit apostematib⁹ ebulientib⁹. aut ordei .i. aut emplastrum ex farina ordei cocta cum aqua ⁊ oleo. ⁊ istud emplastrum plus cōuenit apatib⁹ multū calis. q: farina ordei est min⁹ cal̄a q̄ farina tritici. Et triticū masticatū est melius i hoc .s. ad maturandū ⁊ spāliter furūculos. ⁊ est melius .s. q̄ farina tritici. q: vt dic̄ Aui. i pmo libro. Res que masticaī recipit aliquā cōuersionē a sua cōplone versus nām: ⁊ similitudinē ipsorum mēbrorum. ⁊ iō dic̄ ibi q̄ triticū masticatū opatur in maturatione furunculorum ⁊ exiture istud qd̄ non opaī triticū cum aqua neq̄ istud qd̄ coqtur cū aq̄. q: triticū masticatū rōne caloris quem acqrit ex masticatōe plus cōuenit ad generādū saniē q̄ farina tritici cocta cum aq̄. Et panis cum pice: aut cera illud emplastrū plus cōuenit apostematibus que sunt tarde maturationis. Nam cū dicit Serapio emplm̄ quod sumitur ex pane conuenit apostematibus que non maturanī nisi in lōgo tpe. q: in pane est sal fermētū: ⁊ emplm̄ qd̄ accipiī ex faria cōuenit calidorib⁹ apatib⁹ eo q̄ nō est ita cal̄m ⁊ desiccatiuū. Et sic dcm̄ ē de istis emplis spālr. ita ēt sm istū modū respicias i alijs emplis: q̄ Aui. ponit. q: q̄dā cōpetūt apatib⁹ magis calis. q̄dā autē apatib⁹ minus fridis sm q̄ illa empla igredianī medicie magis cale ⁊ minus cale. nā vlr medicina maturatiua dz accipi per respectū ad duo .s. p respectū ad nām corporis vt si est cōplonis tpate vel distēperate. ⁊ p respectum ad apa si est ex humorib⁹ frigidis ⁊ grossis vl ex humoribus calidis ⁊ subtilib⁹. q: alteri⁹ cōplonis dz esse medicia maturatiua in vno q̄ in altero vt dcm̄ est. ⁊ ad illa duo respiciēdo cōsidera empla. q̄ postea ponit Aui. ⁊ sm illas duas cōditiones ea admistres i apostematib⁹ calidis ⁊ fridis.

¶ Regimē exiturarum cū mature sunt. CAP. XXIX.

Cum inuenis exiturā grosse cutis cum maturatione eius non spaī ipsius ruptio: ⁊ sūt illic vene et chorde et nerui: tūc oportet vt pforēs: qm̄ si dimiseris

saniem corrumpetur et corrumpet et corrodet venas et villos neruorum: et illud quod vehementius erit cum fuerit prope iuncturas.

¶ Superius Aui. posuit regimen exiturarum in speciali quantum ad maturationem. In parte illa Auicen. ponit in speciali quantum ad eruptionem cum ferro. Et diuiditur illa pars in partes duas. In prima parte Aui. ponit regimen ipsarum in speciali quantum ad eruptionem cum ferro. In secunda Aui. ponit regimen ipsarum quantum ad eruptionem cum medicinis. secunda ibi. (Exituras quidem saluas in quibus etc.). Prima pars diuiditur in partes duas. Primo tradit illud regimen perforationis apostematum cum ferro. Secundo ostendit in quibus apparibus illud regimen maxime conuenit. secunda ibi. (Dico ergo illud est regimen quando non inuenimus excusationem etc.). Iterum prima pars diuiditur in partes duas. quia primo facit quod dictum est. secundo ponit quosdam canones qui sunt obseruandi in perforatione. secunda ibi. (Ingt et considera situm carnis et villorum) Prima pars diuiditur in partes duas. In prima parte ponit regimen exiturarum quantum ad perforationem in vniuersali magis. secundo specificat illud regimen particulariter secundum diuersitatem membrorum. secunda ibi. (Ingt amplius si exitura fuerit in capite). Prima pars diuidit in partes duas. Primo ponit illud regimen vle exiturarum quantum ad perforationem. secundo ponit quoddam regimen vniuersale exiturarum post perforationem. secunda ibi. (Et cum tu perforaueris exituram). Item prima pars diuiditur in partes duas. In prima parte ponit necessitatem perforationis. in secunda parte ponit conditiones que debent obseruari in perforatione. secunda ibi. (Et tu quidem quere etc.). Dicit ergo ponens causam necessitatis perforationis. cum inuenis exituram grosse cutis cum maturatione cuius non speratur eruptio hoc est cuius non speratur eruptio post maturationem per se nec cum medicinis quas postea ponet Aui. ratione grossiciei cutis que est super exituram. et sunt illic vene et nerui etc. in hoc dat aliam causam necessitatis perforationis. vnde vna causa necessitans perforationem est grossities cutis. alia est vbi exitura fit prope neruos et chordas: et maxime etiam prope iuncturas in quibus locis oportet festinare perforationem. Tunc oportet vt perfores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et tu quidem quere cum tua perforatione locum saniei.

¶ Hic Aui. posita causa necessitatis perforationis ponit regimen quod debet obseruari quando fit perforatio. Et diuiditur pars ista in partes tres secundum quod ponit tria vtilia obseruanda que spectant ad regimen perforationis vlr. secunda ibi. (Et tu sis sollicitus: vt non cadat porta etc.). tertia ibi. (Oportet ergo vt in sectione consequaris etc.). Dicit ergo. et tu quidem queres cum tua perforatione locum saniei. hoc est tu perforabis vbi inueneris locum saniei. Quomodo autem declaratur locus saniei Aui. dicet statim post.

¶ Et sis sollicitus vt cadat porta perforationis inferius nisi vbi non est possibile. et si illud quod est super exituram fuerit grossum et secueris: tunc seca portam tantum: quoniam adherebit grossum cum eo quod est post ipsum: et si fuerit extenuatum: tunc seca totum eius in longum: et scias quod locus in quo est sanies declaratur per tactum: et quando tangit cum digito proprie: et tu obserua cum digitis alijs saltem alterius manus: an expellatur aliquid ex cistis: et locus quod saniei apparet ex declinatione coloris ad albedinem: et dum non est matura est declinis ad rubedinem: et quandoque est locus saniei declinis ad rubedinem et citrinitatem cum sanies non est bona.

¶ Hic autem Auic. ponit aliud quod oportet obseruari in perforatione Dicit quod. Et tu sis sollicitus vt cadat porta foraminis inferius: hoc est vt facias perforationem in inferiori loco et magis declivo. quia per illum sanies est magis apta euacuari et superfluitates que aggregantur post in vlcere: nisi vbi non est possibile: sicut propter neruos et chordas et arteriam vel propter aliam causam. Et si illud quod est super exituram fuerit grossum id est carnosum et secueris. id est debes secare: tunc seca portam tantum. hoc est tunc facias portam solum ad modum foraminis: vt inde exeat sanies: et non debes secari totum quod est super exituram ab vna parte ad aliam. quia quando illud quod est super exituram est carnosum: tunc adheret illud carnosum cum alia carne solum ligando et comprimendo cum vita. hoc est quod dicit Aui. quando adherebit grossum etc. Et si fuerit extenuatum: hoc est si illud fuerit quod est super exituram erit subtiliatum et non grossum carnosum: tunc oportet exitura secari per totum in longum eo quod istud subtile et extenuatum non adheret: imo si cutis que est super exituram sit subtiliata: et est sicut pannus: et est quasi mortificata. tunc dicit Albumasis necesse est eam concauari et totam incidi. vnde non solum: tunc oportet eam incidere per longum: sed oportet eam ex toto vndique incidi. ¶ Et scias quod locus vbi est sanies. In parte ista Aui. dicit. quia vna conditio: quam oportet obseruari in perforatione est perforare: vbi est locus saniei: et non declarauerat quomodo declaratur locus saniei. Hic determinat quomodo declaratur locus saniei. et habet illic .3. tria dicta. In primo docet cognoscere locum saniei per sensum tactus. in secundo dicto docet cognoscere ipsum per sensum visus. in tertio dicto comparat cognitionem tactus ad cognitionem sensus visus. secunda ibi. (Et locus quidem saniei apparet. 3. ibi. (Et sustenta te tactu absque visu etc.). Dicit quod Et scias quod locus vbi est sanies etc. an expellatur aliquid ex kistis. id est ex loco in quo moratur sanies. Et locus quidem saniei. Hic docet cognoscere locum saniei per sensum visus. et planum est. Et quando est locus saniei. id est locus in quo est sanies iam completa etc. Et sanies non est bona sana. quia sanies bona et laudabilis est alba lenis et equalis: vt dictum est supra: et causa huius dicta fuit ibi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et sustenta te in tactu absque visu: verumtamen visus est adiuuans.

¶ Aui. comparat cognitionem sensus tactus ad cognitionem sensus visus. Et dicit sustenta te in tactu absque visu. Hec est cognitio firma et certa saniei que fit per tactum et non per visum. verumtamen visus est adiuuans: idest ad illam cognitionem. Tunc sequitur illa pars.

¶ Oportet ergo vt in sectione consequaris lineas naturales ligature: nisi que sunt apud sumen vel apud necessitatem et in membris diuersificantibus situm villorum in longitudine sua loco ligature. Nam si tu secutus fueris illud in perforatione exiture que est super frontem. s. ligaturam cadet cutis frontis super faciem: imo oportet vt tu diuersifices ligaturam. In eis vero que sunt sicut inguina oportet vt vadas cum ligatura in latitudine cutis.

¶ In ista parte Aui. ponit aliam conditionem quam oportet obseruare vniuersaliter in perforatione. Dicit ergo. Oportet vt in sectione sequaris lineas naturales ligature. id est plicature que est secundum incessum rugarum quasi velit dicere Auic. quod sectio et perforatio debent procedere secundum modum incessus rugarum. Unde si ruge vadunt secundum longum debet fieri sectio secundum longum. et si vadunt per transuersum vel per latum debet fieri sectio eodem modo: nisi que sunt apud summen: alia dicit nisi que sunt apud summen. Et credo quod vtraque littera possit sustineri. quia eadem est causa vtriusque. Nam si dicat nisi que sunt apud summen: tunc per summen intelligit partem ventris que est sub vmbilico vel cir-

ca vmbilicū.modo ibi nō seqmur rugas.qꝛ ruge vadūt per vētrē ꝑ trāsuersum ⁊ villi per lōgū.⁊ fit sectio ibi ſm lōgū ⁊ non ſm trāsuersum:ppterea qꝛ ibi nō seqmur rugas.Si aūt dicat nisi que sunt apud summū:tūc per summū itelligit frontē.⁊ tūc ē lr̃a est vera. Nam non debemus seq in icisione rugas q̄ sunt apud summū.i.apud frontē:qꝛ frons est in summo corpis.⁊ ꝙ non debeamus seq rugas frontis in icisione.declarat Aui.postea cū dicit. Nā si tu secutus fueris illud.i.ligaturā.i.rugas in ꝑforatione exiture q̄ est sup frontē cadet cutis frontis:⁊ hoc est:qꝛ icideret musculus frontis:vt postea diceť.sic ꝑ nō debemus incisione seq rugas. ❡ Et nisi apud necessitatē. Hic ponit aliā istantiā ꝯtra ꝑdictā regulā.i.qꝛ apud necessitatē nō seqmur icessum rugarū.sicut qñ est necessariū scindere exiturā in cruce:ppter rotunditatē eius:ne fiat fistula ⁊ sinus in ea.tūc non curamus de icessu rugarū.silr̃ ē si ruge in mēbro vadunt ſʒ longū.Aliqñ tñ ppter necessitatē findimus exituram non ſm longū solū vt vadunt ruge.sed accipimus de latitudine timendo ne exitura fiat sinus ⁊ fistula. ❡ Et in mēbris diuersificātib⁹ sitū villoꝝ ⁊c̃. Hic Aui.ponit aliaꝫ instātiā ꝯ ꝑdictā regulā. Nā in mēbris in qbus non vadūt ruge ſm icessum villoꝝ:tūc sectio non debet fieri ſm rugas:sed ſm icessuꝫ villoꝝ.⁊ hoc vult dicere Aui.cum dic̃. Et in mēbris diuersificantib⁹ situm villoꝝ in longitudine sua ⁊c̃.supple a rugis suis:hoc est dicere ꝙ in mēbris in quibus icessus villoꝝ diuersificať ab icessu rugarū ꝯant.i.me dia in ꝑforādo locū ligature:hoc est non vadūt in ꝑforando ligaturā.i.ſm sitū rugarū:sed ſm sitū villoꝝ. Naꝫ si tu secutus fueris illud.i.ligaturam hoc est icessum rugaꝝ in ꝑforatōe exiture que est sup frontē cadet cutis frōtis sup faciē.⁊ hoc est.qꝛ in fronte villi vadūt ſm aliū modum q̄ ruge.nā ruge vadūt per trāsuersuꝫ ⁊ villi ſm lōgū.⁊ ideo si tu in fronte ꝑforabis ſm sitū rugarū:tūc incidenť villi ⁊ musculus frontis ⁊ cutis frontis cadit sup faciē.et ideo in fronte non oꝫ seq in ꝑforādo rugas.imo opꝫ vt tu diuersifices ligaturā.i.in ꝑforādo.hoc est dicere ꝙ non oꝫ in ꝑforando exiturā frontis.sed ligaturā.i.ſʒ rugas:sed ſm sitū villoꝝ. In eis vō que sunt sicut inguina oꝫ vt tu vadas.s.in ꝑforādo ſm ligaturā.i.ſm icessum rugarū in latitudie cutis.Et causa huius est.qꝛ ibi villi vadūt ita sicut vadūt ruge in latitudine cutis.⁊ ideo in igninib⁹ debemus ꝑforare ſm sitū rugarū:in fronte autem non.per hoc ergo vult dicere Aui.ꝙ in ꝑforādo debemus incidere ſm sitū rugarū qñ ruge vadūt vt villi:qñ aūt ruge nō vadūt vt villi:tunc debemus seq situꝫ villoꝝ. ❡ Sed intellige vt supra dixit Aui.in illo ca⁰.Curatiōes q̄dē ⁊ ea cum qb⁹ curanť ⁊c̃.ꝙ vt plūmū situs villoꝝ ⁊ longitudo eoꝝ est ſm sitū rugarum nisi in mēbris appropriatis:sicut in fronte:⁊ etiā in palma manus:vbi villi vadūt ſm longū:⁊ ruge vadūt per transuersum.⁊ in alijs mēbris appropriatis:⁊ ideo vt plm̄ sectio ⁊ ꝑforatio debēt ire ſm modū rugaruꝫ:nisi ppter ꝑdictas causas quas posuit Aui. ❡ Et intellige vlterius ꝙ Aui.videtur ponere tria ppter que nō debemus seq rugas in ꝑforatione.Unū est si exitura sit in sumen vel in fronte.aliud est ppter necessitatē.tertiū est si exitura sit in mēbro i quo diuersificeť situs villoꝝ a situ rugarum.Sed tñ intellige ꝙ ille tres cause quas ponit Aui.reducūť ad duas causas vniuersalr̃. Nam ꝑma causa compꝛhendiť sub tertia sicut spāle sub generali:qꝛ causa quare in summē vel in fronte non debemus seq modū rugarū est:qꝛ incessus villoꝝ diuersificať ab icessu rugaruꝫ in illis mēbris.Et ideo solum due sunt cause vniuersalr̃:quare non debemus seq in ꝑforatione modū rugarū.Una est ppter necessitatē.Alia est situs rugarū ꝗ diuersificať a situ villoꝝ. ❡ Intellige etiā vlterius ꝙ ex dictis apparet ꝙ tria sunt illa que vlr̃ debent obseruari in ꝑforatione.Unū est ꝙ sectio fiat in loco saniei.Scōꝫ est ꝙ fiat in loco magis inferiori ⁊ magis maturo ⁊ longingori a neruis et artarijs:ſm ꝙ postea magis specificabit Aui.Tertiū est ꝙ sectio fiat ſm modū icessus rugarū:nisi ppter necessitatē in mēbris:vbi icessus diuersificať ab icessu villoꝝ ⁊ rugaꝝ.Tūc seqtur illa pars.

❡ Et cum tu perforaueris exituram ⁊ extraxeris quod in ea est:tūc necessarium est vt tu succurras ad conglutinandum cutem cum carne: vt non rumpatur ⁊ indurescat:⁊ fiat taliter ꝙ non conglutinetur:quare fiat sinus qui non cesset ipleri et redeat similis exiture ꝑme:⁊ quotiens mundificaueris non mox:ꝑ iterum quin impleať:et fiat in veritate de genere fistularuꝫ ⁊ anteq̄ꝫ facias ipsam conglutinari in hora opꝫ vt mundes eam:⁊ si tibi necessarium fuerit vt in ipsa intromittas radium super cuius caput sit pānus asper cum quo mundifices ipsam et frices:deinde fac ipsam adherere et conserues eam cum ligatura ſm ꝙ dicemus de ligaturis cauernarum et vlcerum profundorum erit cōueniens valde.

❡ In pte illa Aui.ꝓposito regimine vniuersali:q̄tū ad ꝑforationē exituraꝝ.modo Aui.ponit quoddā regimen vniuersale ipaꝝ post ꝑforationē.⁊ duo facit.Primo facit hoc.secūdo Aui.repetit ꝑdictuꝫ regimen de ꝑforatione adiungēdo quoddā ei qđ non specificauerat prius.secūda ibi.(Et oꝫ vt obserues de ꝑforatione).Dicit ergo ꝑmo.Et cum tu ꝑforaueris exiturā ⁊ extraxeris qđ in ea est.s.saniē:tūc est necessariū vt tu succurras ad conglutinandā cuteꝫ cū carne hoc est ad incarnandū ⁊ consolidādū cutem cuꝫ carne que est post ipsam vt non rumpať.s.exitura hoc est vt non fiat in ea disruptio ⁊ sinus in interiori pte sui.⁊ indurescat .s.exitura hoc est vt non fiant labia eius dura:ita ꝙ postea non possit incarnari ⁊ consolidari cum carne.et hoc est qđ subdit.Et fiat taliter ꝙ non conglutineť.quare fiat sinus .s.in exitura ppter disruptionē talem in iterioꝛib⁹ partib⁹ sui qui non cesset impleri.s.sordicie ⁊ virulētia:⁊ alijs superfluitatibus ⁊ redeat silis exiture ꝑme ppter talē cōcauitatem quā habet:in qua aggregant̄ humores ⁊ superfluitates: sicut fit in exitura.Et quotiēs mūdificaueris nō mox:ꝑ qn impleať:⁊ fiat in veritate de genere fistulaꝝ:q̄si vult dicere Aui.ꝙ dato ꝙ tu mūdifices talē exiturā in q̄ fact⁹ est sinus.ꝯcauitas tñ statī post repleť et talis sinus sordiciēb⁹ ⁊ superfluitatib⁹:⁊ fit in vitate q̄si de gn̄e fistulaꝝ. Dicit.n.Albucasis ꝙ oē vuln⁹ aut apa qñ veterascit ⁊ antiquať:⁊ fit vlcus ⁊ nō ꝯsolidať ⁊ emittit pus semꝑ ⁊ nō abscindiť:tūc noiať in quocūqꝫ mēbro fuerit fistula ⁊ nos noiamus ipm zukeme ⁊c̃.Sic ꝑ vult ꝙ qñ tu ꝑforasti exiturā ⁊ extraxeris saniē de ipa necesse est vt cito succurras ad ꝯglutinandū cutē cuꝫ carne ppter cās ꝑdictas. ❡ Intellige aūt hic qñ Aui.dic̃ qñ ꝑforauisti exiturā ⁊c̃.ꝙ itelligit ꝙ statī ꝑforata exitura succurras ad ꝯglutinādā cutē cuꝫ carne:imo prius oꝫ qñ ꝑforata est exitura sanguis ꝑ restrīgi cum albumine ouii:eo ꝙ hec est ꝑma itētio.s.restringere sanguinē.⁊ tūc facto hoc.qꝛ hoc ꝑsupponit Aui.necessariū est vt succurras cito ad cōglutinādā cutē cū carne.sed qꝛ hoc etiā dcm̄ est oꝫ sane itelligi.ideo addit hoc supra dicēs.Et anteq̄ꝫ tu facias ipm cōglutinari in hora.i.cito.oꝫ vt tu mūdes eā.s.cū vnguētis abstersiuis ⁊ mūdificatiuis.qꝛ ait Gal.in lib⁰ de igc.sa.Mūdificare putredinē est cā sine qua non nasciť caro bona in vlcerib⁹.Et si tibi necesse fuerit.s.cā mūdādi ⁊ abstergēdi eā a putredine vt i ipsam intromittas radiū.i.

gessri super eius caput.i.per ipsius orificium sit pãnus aspcum quo mũdifices ipsam ⁊ frices.s.mediãte gessri:quasi vult dicere. Aui. q si ops te abstergere et mũdare exiturã a putredine collecta in ea cũ gessri:tũc debes eã mundare cum pãno aspo mediãte gessri:⁊ hoc vt bene mũdet a putredine ⁊ nihil ibi remaneat.deide.i.post pfectã mũdificationẽ ⁊ cum vnguẽtia:⁊ cũ radio fac ipsam adherere.i.fac eam ɔglutinare ⁊ cõserues eam cũ ligatura:fm q dicem⁹ de ligaturis cauernarũ ⁊ vlcez pfundoz in tractatu de vlceribus:in ca° ppio.Et erit ɔuenies valde vt cõserueť cũ ligatura quẽadmodũ hic diceť. ¶ Intellige aũt q illd qd hic diciť de regimie exiturarũ q̃ sunt pforate est incidentalr dcm:eo q cura exituraz q̃ sunt pforate non spectat amplius ad istũ tractatũ:sed spectat ad tractatũ vlcerũ vlcera generanť a vulneribus ⁊ ab exituris ruptis ⁊ a pustulis ⁊c.⁊ ideo recurrendũ est tũc pro cura ipsaz ad tractatum vlcez.⁊ ideo Aui.non ponit hic aliqs medicinas spãles cõpetẽtes exiture q̃n erupta est.quia hoc posuit in illo tractatu.⁊ ideo quod dicit hic Aui.incidẽtaliter dicit:⁊ generalr valde ⁊ incõplete dicit. Unde ad istum tractatum spectat determiare de cura apostematũ vsq ad pforationem:sed quãdo sunt pforata:tũc pro cura ipsoz sufficienti debemus recurrere ad tractatũ vlcez:cum tũc facta sint vlcera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et oportet vt tu obserues in pforatione illud quod diximus de cõditionibus:deinde pfora i loco maturiori:⁊ parte longiore a venis arterijs ⁊ chordis.

¶ In parte ista Aui.repetit pdictũ regimen generale de pforatione exiture adiungẽdo quoddã qd non specificauerat.Dicit ergo.Et obserues in pforatione id quod diximus de conditionib⁹.s.pius.⁊ in hoc tangit regimen dictum.deinde perfora in loco maturiori ⁊ longiori a venis.parte ⁊c. in hoc tangit illud quod addit predicto regimini. Tunc sequitur illa pars.

¶ Inquit antilus. Si exitura fuerit i capite:tũc sectio eius sit sectio equalis:⁊ sit cũ radice natiuitatis piloz ne sit trãuersa in ea vt cooperiãt eaz pili ⁊ non ostẽdať cum sanabiť. Dixit. Et q̃n ẽ locus eius oculus:tũc eius pforatio sit lata:⁊ si acciderit in naso pforabimus eam equalẽ cum quãtitate longitudis nasi. Et si fuerit ppe oculum pforabimus eam pforatione simili capiti lune noue ⁊ faciemus tortuositatẽ inferius. Si aũt acciderit in mãdibulis secabimus eã equali sectione:q̃m cõpositio huius loci est equalis ⁊ sciť illud ex corporibus senum. Post aures vo pforamus illud equalr. Brachia aũt ⁊ cubitos ⁊ manus ⁊ digitos ⁊ inguina oia pforamus in longitudine. Inqt. Et si fuerit ppe coxas pforabimus eam pforatione rotũda. ⁊ pforatio qdẽ rotũda est:que apprehẽdit cũ apprehensione sua in longitudine corporis aliqd de latitudine eius. Inqt. Q̃m cum locus iste non pforať rotũde possibile est vt aggregenť in eis materie ⁊ fiant fistule. Et similiter etiam pforatur qd est ppe anum ppter locum humiditatis que aggreganť in eo. Et i latere et costis pforatur aperiẽdo. In testiculis vo et virga equaliter. Inqt. Et sumus pmpti vt semp consectio sit sequẽs figuraz loci quãto plus potuerimus sup ipm. Coxe aũt et adiutoria secanť in longitudine:et ɔserua vt non ledas neruos.

¶ In qua pte Aui.postq̃ posuit regimen vle quantũ ad pforationẽ specificat hic pdictũ regimẽ particulr fm diuersitatem membroz in qbus põt fieri exitura que debet incidi.⁊ diuidiť pars illa in ptes duas.q2 pmo ponit illud regimen pforationis distinctũ ⁊ pticulatũ fm diuersitatem mẽbroz per vba antbilis.secũdo epilogat illud regimẽ in breui fm verba sua.2° ibi.(Et scias q pforatio diuersificatur fm loca ⁊c).Dicit ergo pmo. Inqt antbilus si exitura fuerit in capite ⁊c.sit equalis.i.fm longitudinẽ:⁊ sit cũ radice natiuitatis piloz.i.fiat talis sectio fm q incedũt radices capilloz in longũ ne fit.s.sectio trãsuersa in ea.i.in radice capilloz ⁊ non ostẽdať cum sanabiť.i.si exitura sanetur ⁊ consolideť cooperiãt eam capilli si fiat sectio p transuersum.debet ergo in ea fieri sectio fm longũ vt pcedunt radices capilloz. Dixit ⁊ q̃n est loc⁹ oculus:tũc eius pforatio sit lata.i.per trãsuersum rugarũ:eo q talis est sit⁹ lacertoz mouentiũ oculũ.⁊ intelligit hic per oculũ partẽ superioris palpebre oculi.Et si accidit in naso pforabimus eã eqlem.i.fm longũ.⁊ si fuerit ppe oculũ ⁊c.intelligit hic Aui. a parte iferioris palpebre oculi. Si autem accidit in mandibula secabimus eaz sectione equali.i.sectione fm lõgũ. Q̃m cõpositio huius loci est equalis.i.fm longitudinẽ.nã ruge ⁊ villi vadũt in ea fm longũ.Et sciť illud ex corporibus senũ.q2 in senibus:hoc maxime apparet:eo q ruge discernunť plus in senibus q̃ in alijs.quia cutis in eis est magis crispa. Post aures pforabimus istud equalr.sed nos itelligamus carnẽ emũctoriam que est in collo post aures tũc exponemus pforabimus equalr.i.fm longitudinẽ.q2 situs illius loci est fm longũ. Si tu aũt intelligas post aures carnẽ que est imediate post aures que non est emũctoria.tunc expone pforabimus equalr.i.fm longitudinẽ auris:modo situs auris non est oio fm longũ:sed est fm longitudinem aliqd accipiẽs de latitudine.⁊ similr sectio tũc fiet eodẽ modo.brachia aũt ⁊ cubitos ⁊ digitos ⁊ manus ⁊ inguina ⁊ oia pforabimus in longitudine. ¶ Sed intellige q in brachijs ⁊ cubitis ⁊ manibus ⁊ digitis bene debz fieri sectio oino fm longum.sed in inguinibus non debet fieri sectio fm longitudinẽ omnino.imo debet fieri fm lõgitudinem accipientẽ de latitudine:sicut dictũ fuit supra. Et ideo Auicẽ.q2 illud dictum erat aliter intelligendũ de inguine ⁊ aliter in brachijs ⁊c.eo q in inguine non debet fieri sectio oio fm longum.sed in illis alijs sic. Ideo Auic. subdit. Inquit ⁊ si fuerit ppe coxas perforabimus eam pforatione rotũda.Et in latere ⁊ costis perforatur aperiendo.supple sicut tendũt coste per transuersum. Ideo sectio debet ibi accipere de latitudine.vt etiam sit trãsuersa. In testiculis vo ⁊ in virga equalr.i.fz longũ.Et sumus pmpti semp vt consectio idest pforatio sit sequens figuram loci:idest situm loci.⁊ in hoc vniuersalizat de oibus alijs locis appropriatis.de quibus non fecit mentionem qualiter in eis perforatio fiat quanto poterimus ipsum plus.dicit autem quanto poterimus plus:quia nõ possumus imitari figuram loci:eo q aliquãdo situs ⁊ figura loci est fm transuersum ⁊ neruí pcedunt fm longum sicut est in fronte:et ideo in talibus non sequimur figuraz loci ⁊ situm:sed sequimur villos ⁊ musculos.⁊ ideo dicit quãto plus poterim⁹. Tunc sequitur illa pars.

¶ Et scias q perforatio diuersificatur fm loca quoniam quãdo est apud oculum:tũc perforatio eius est lata similis situi oculi et in naso est

cum longitudine nasi: ⁊ in mandibula est cum longitudine mandibule: ⁊ prope aurē secantur equaliter: quoniam compositio huius loci est equalis: ⁊ cognoscatur illud ex corporibus senum. Post aures vo pforatur equaliter: ⁊ in brachijs ⁊ cruribus ⁊ coxa ⁊ virga totū equaliter fit in longitudine. Et similr in lacertis vētris ⁊ in dorso ⁊ inguinibus ⁊ subascellis pones eam pforationem accipiētem ex latitudine etiam ne fiat in ea sinus qui fiat fistula: ⁊ similr in ea que est prope anum: accipe de latitudine etiam ne proueniat sinus ⁊ fiat fistula. Et testiculi ⁊ virga equaliter in longitudine. Et in latere ⁊ costis accipe in latitudine etiā vt sit trāsuersa: quoniam situs costarum est similr ⁊ caro que est sup eas.

℃ In qua parte recapitulat predictum regimen particulare de pforatione fm verba ppria. et exponit cum hoc magis ea que dicta sunt. ⁊ patet quod dicit per ea que dicta sunt. Tūc sequitur illa pars.

℃ Inquit. Considera semp situm carnis ⁊ villos lacertorum: quoniā non sumus prompti: nisi ad hoc vt pforemus cū mutatione loci vt non proueniat incisio: ⁊ sit locus icarnationis bonus non grossus.

℃ In qua parte Auicēna posito regimine pforationis tam vniuersali ꝙ particulari ponit quosdam canones qui obseruandi sunt in perforatione. et inter istos canones repetit quosdam prius positos. Et diuidit pars illa in partes quattuor: fm ꝙ ponit quattuor canones qui obseruandi sunt in pforatione. secūda ibi. (Et sit in omni dispositione studiū tuum ⁊c.) tertia ibi. (Et perforatio sit fm magnitudinē exiture ⁊c.) quarta ibi. (Et vbi fit exitura diuncta talis ⁊c.).
Dicit pmo. Inquit antbilus considera situm carnis ⁊ villorum ⁊c. cum mutatione loci vt non pueniat icisio. s. neruorum ⁊ lacertorū ⁊c. ⁊ sit locus incarnationis bonus non grossus. hoc est talis fiat incisio ꝙ locus qui remanet post incarnationem. s. cicatricis sit bonus ⁊ non grossus idest durus. ⁊ hoc est vt non sit fedus et turpis. quia non debet esse locus cicatricis qn̄ incarnatur asper ⁊ durus sed imo equalis ⁊ lenis. ℃ Deinde cum dicit.

cusatio ab aceto. ⁊ vtraqꝫ expositio vera est. ¶ Et cū itromissiōe trepidatū lenificatiōis. hoc est dicere ꝙ acetū dꝫ administrari ponēdo iterpellatiōes cū eo ex qbus iterpellationib⁹ administrentᷣ ētmollitiua ⁊ lenitiua. Et hoc est qḋ Auic. subdit dicēs. Et alleuietᷣ in administratiōe aceti. s. ponēdo iterpellatiōes in administratiōe ipsius. in qb⁹ iterpellationib⁹ itromittantᷣ mollitiua ⁊ lenitiua: vt dixit modo. Et reddit cām Auic. q̄re dꝫ vt fiat alleuiatio in administratione aceti cū dicit. ⁊ cū nō fit alleuiatio cum aceto nocet neruis ⁊ cōuertitᷣ ad lapideitatē. qꝛ cū acetum sit frigidū ⁊ desiccatiuū si cōtinuaretᷣ sepe in sclirosi qḋ est vehemētis grossitiei exiccaretᷣ subtile ⁊ iduraretᷣ grossum plus ⁊ cōuerteretᷣ ad lapideitatē. ⁊ iō si cōtinuatᷣ nocet apati qḋ est vehemētis grossitiei. ⁊ maxie nocet si ē in mēbro neruoso. qꝛ acetū nocet neruis sicut ponunt oēs auctores. Et iō subdit Auic. ꝙ medicus sit tūc audacior in administrando acetū. s. in sclirosi vehemētis grossitiei cū apostema ē in membro carnoso sicut illud qḋ est in splene. ⁊ hoc ē. qꝛ acetū nō nocet membro carnoso ratione sue cōplexionis sicut nocet neruoso.

**Sed tūc dubitabis** de hoc qḋ dicit h̄ Auic. ꝙ medicus dꝫ esse audacior in administrando acetū in mēbro carnoso q̄ȝ in neruoso. ⁊ dicit hoc ēt iferius. qꝛ acetū salubrius est in mēbro carnoso q̄ȝ in neruoso. Sꝫ si ita esset tūc ergo videtᷣ ꝙ in mēbris raris ⁊ mollib⁹ ꝯpeterēt fortiores medicine ⁊ magis icisiue q̄ȝ in mēbris duris ⁊ spissis. sed hoc est ꝯ id qḋ dcm̄ est supra. ⁊ ꝯ Gal. ēt. 14. de igenio. ponit enī ibi in caplo de cura apatis duri. ꝙ in mēbris spissis sicut i chordis ⁊ neruis debēt misceri cū mollitiuis icisiua sicut acetū. ¶ P̄. Aui. dixit: p̄us ꝙ cū apostema ē in mēbro vehemētis grossitiei tūc nō est excusatio ab aceto ⁊ maxie si mēbrū est neruosum. ergo tūc in neruoso magis cōuenit administrari acetū ⁊ salubius est q̄ȝ in carnoso. ¶ Ad p̄mū est dcm̄ ꝙ qñ Aui. dicit ꝙ medic⁹ dꝫ eē audacior ⁊ salubius est administrare acetū in mēbro carnoso q̄ȝ in neruoso. itelligit hoc supposito ꝙ vtrobiqꝫ cōueniat administrari acetū. s. vt si apa vehemētis grossitiei sit in mēbro carnoso ⁊ sit in mēbro neruoso: tūc audacius possim⁹ ibi administrare acetū q̄ȝ in mēbro neruoso. qñ ergo dictuꝫ fuit supra. ⁊ Gal. ēt dicit ꝙ in mēbris duris ⁊ spissis ꝯuenit administrari acetū in medicinis. itelligendū est q̄ȝtū ē ex pte duriciei mēbroꝝ solū nō itelligēdo ex pte vehemētis ⁊ pauce duriciei ipsi⁹ scliros. nā itelligendo solū ex pte duriciei mēbroꝝ acetuꝫ dꝫ administrari in mēbris neruosis. in mēbris aūt carnosis nō idigem⁹ q̄ȝtū ē ex pte h⁹. Et iō dicit ibi Gal. in illo cap°. ꝙ i lacertis a nullo poni vidi. s. acetū. ⁊ hoc ē. qꝛ lacerti sūt mēbra carnosa. ⁊ itelligit id dcm̄ ꝙ nō idigem⁹ q̄ȝtū ē ex pte duriciei mēbroꝝ cū nō sint mēbra dura sicut sunt nerui ⁊ ligamēta. sed ꝯsiderādo vlteri⁹ ex pte vehemētis grossitiei sclirosis. tūc cōpetit acetū ⁊ in mēbro carnoso ⁊ in neruoso. sed i carnoso possum⁹ audaci⁹ administrare. ⁊ isto mō itelligit h̄ Auic. istā ꝯparationē. ¶ Tūc ad scḋꝫ argumētuꝫ tu dicis Auic. dixit p̄us ꝙ si apa est vehemētis grossitiei: tūc nō est excusatio ab aceto ⁊ maxie si fuerit in mēbro neruoso. ḡ videtᷣ dato ꝙ apa vehemētis grossitiei sit in mēbro carnoso ⁊ in neruoso ꝙ sit salubius administrare acetū i neruoso. R̄ñde ꝙ qñ Auicē. dicᷣ supi⁹ ꝙ si apa sit vehemētis grossitiei: tūc nō ē excusatio ab aceto ⁊ maxie si sit in neruoso qḋ itelligit q̄ȝtū ad administrationeꝫ. qꝛ tūc citius opꝫ ibi administrari acetū pp maiorē duricieꝫ q̄ ē ex apate ⁊ ex mēbro. sed h̄ qñ dicit ꝙ medic⁹ sit audacior in administrādo ipꝫ in carnoso itelligit q̄ȝtū ad pseuerantiā ⁊ ꝯtinuationē. qꝛ plus possum⁹ pseuerare in carnoso ipꝫ q̄ȝ in neruoso. p̄mo. qꝛ minus nocet nāe ipsi⁹. scḋo. qꝛ maior ē ibi duricies rōne mēbri. vñ nō ita timem⁹ d̄ ꝯuersiōe ipsi⁹ in lapideitatē pp̄ter ꝯtinuationē aceti in mēbro carnoso sicᷣ in neruoso. ¶ Et qñqꝫ lenitᷣ locus cū aceto. Dic Auic. qꝛ dixit ꝙ administratiōe aceti dꝫ fieri eleuiatio ⁊ iterpolatio ponit quēdā modū s̄m quē hoc fit. ⁊ dicᷣ. Et qñqꝫ lenitᷣ locus. s. sclirosis cū aceto ⁊ vaporatᷣ cū eo. deide post talē vaporationē aceti administram⁹ epithima de oppoponaco ⁊ armoniaco q̄ sunt empla resolutiua. qꝛ talis vaporatio aceti icidit ⁊ rarificat mēbrū. vñ pparat ipm̄ vt possit virtus medicīe resolutiue meli⁹ iprimi in mēbrū. ⁊ ideo post ipaꝫ dꝫ sequi v̄tus medicīe q̄ resoluat: deide debem⁹ tūc postea post talē resolōnē iterponere empla mollitiua icipiēdo p̄mo a debili mollitiuo donec fiat gradatio vsqꝫ ad forte mollitiuū. ⁊ postea debem⁹ administrare acetū ⁊ alia empla resolutiua. ⁊ sic debem⁹ facere tales iterpolatiōes ⁊ resolōnes q̄usqꝫ tot⁹ hūor resoluatᷣ. Deide cū dicit.

**¶ Et opꝫ vt administretᷣ sup apostema oleum lene in quo non est stipticitas ⁊ est magis q̄ȝ aqua ⁊ proprie oleum de aneto factum cum aneto humido.**

¶ Dic Auic. qꝛ nō dixit ꝙ oꝫ nos venire gradatiꝫ vsqꝫ ad lenificationē ⁊ oleū administratᷣ in sclirosi cā mollificandi ostendit incidenter ꝙ oleuꝫ cōuenit in sclirosi. ⁊ patet qḋ dicit. Tunc sequitur illa pars.

**¶ Et illud duritiei qḋ ē in neruis ⁊ chordis curetur cum incisiuis.**

¶ In qua parte Auic. post ostendit qūo diuersificatᷣ necessitas medicinaꝝ in fortitudine ⁊ debilitate virtutū earū s̄m diuersitateꝫ duriciei vehemētis ⁊ pauce ipsius sclirosis: licꝫ ēt aliqḋ tetigerit de diuersitate mēbrorū. In isto .§. p̄ncipaliter ostendit qūo diuersificatᷣ tertia necessitas earū in virtutibus penes diuersitatē mēbrorūꝫ ⁊ duricie ⁊ mollitie qui duo facit. Primo oñdit cū qbus localibus vniuersaliter debet curari sclirosis s̄m ꝙ est in membris spissis ⁊ duris. secūdo ponit medicinas in spāli. 2° ibi (Et de curationibus bonis.) Dicit ergo p̄mo. Et id duriciei. i. id sclirosis qḋ est i chordis ⁊ neruis curetᷣ cū icisiuis. i. curetur ēt miscēdo medicinis ꝯducitis incisiua sicut acetum. Et ratio huius est. qꝛ mēbra neruosa cū sint dura ⁊ spissa fit in eis apostema durū ⁊ spissuꝫ magis q̄ȝ i mēbro carnoso. sic ḡ vt dictū fuit p̄us qñ apa est vehementis grossitiei nō est excusatio ab aceto. similr̄ ēt eadē rō est qñ apa est i mēbris duris. vñ eadem est ratio q̄ȝtum ad diuersitatem medicinarū ⁊ fortitudinē ⁊ debilitatē virtutū eaꝝ penes grossitiē vehemēteꝫ ⁊ paucā ipsi⁹ sclirosis ⁊ penes duritiē ⁊ mollitiē mēbri. Et ex hoc apparet qūo diuersificetᷣ etiā necessitas medicinaꝝ in fortitudine ⁊ debilitate virtutum eaꝝ penes diuersitatē mēbroꝝ in duricie ⁊ mollicie: qꝛ in mēbro neruoso ⁊ spisso ꝯpetunt fortiores medicine q̄ȝ ille q̄ cōpetūt in mēbro carnoso ⁊ leui. sicut ēt dictuꝫ fuit p̄us de apate vehemētis grossitiei. ¶ Deinde cū dicᷣ.

**¶ Et de curationib⁹ bonis ad illud est vaporatio ex lapidibus ignitis lapide molēdini. ⁊ melius quo fit vaporatio ab eo est cū aceto. ⁊ melior a quo fit vaporatio est marchasita: ⁊ opꝫ vt ad hanc pueniatᷣ sūmaꝫ in vaporādo ⁊ suffumigādo donec appareat sudor: ⁊ qñqꝫ linitᷣ cū marchasita trita cū aceto ⁊ cōfert.**

¶ Dic pōit illas medicīas i spāli. ⁊ duo facᷣ. p̄ facᷣ h. 2° ostēdit qñ ⁊ qūo opꝫ vti istis incisiuis sicut est acetū. vñ codē mō ꝓcedit hic sicut ꝓcedit in pte priori. qꝛ eadē est rō. 2° ibi (Et opꝫ vt alleuiatio fiat) Dicit p̄mo. Et pꝫ marchasita. i. lapis marchasite. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et opꝫ vt alleuiatio iterū fiat in admiſtratiõe aceti vt nõ ſeparetᷣ ſubtile ⁊ idurētᷣ ſpiſſum: ⁊ vt nõ corrūpat virtutē neruoꝝ ſupflue ⁊ eſt in pricipio deterius ⁊ ponantᷣ admiſtratiõi eius iterpolationes in qbus eſt lenificatio. cū ergo icipies: tūc vaporetur mēbruꝫ cū eis que diximus: ⁊ leniatur tunc cum medicinis cõuenientibus ⁊ vt illud fiat in mēbro carnoſo ē ſaluꝰ.

¶ Hic oſtendit quãdo ⁊ quõ debꝫ vti aceto. Dicit ergo. Et opꝫ vt alleuiatio fiat. ¶ Et rõ huiꝰ pꝫ ex p̄us dictis ⁊ ponantᷣ in admiſtratione eius. ſ. aceti iterpolatiões in qbus eſt lenificatio. cum ergo icipies. ſ. admiſtrare acetuꝫ tunc vaporetᷣ mēbruꝫ cuꝫ eis q̄ diximus. ſ. cū lapide molendini ⁊ marcaſite mediāte aceto: ⁊ leniatᷣ tunc. ſ. poſt talē vaporationē cū aceto cū medicinis cõuenientibus. ſ. cū epithimate de oppoponaco ⁊ armoniaco ⁊ ſilibꝰ ſm q̄ dictū fuit in p̄cedēti pticula. ⁊ poſtea poſt talē reſolutionē iterponere emplaſtra mollitiua: ⁊ iterū poſtea reuerti ad euaporationē aceti ⁊ reſolutiua. ⁊ ſic faciēdo tales reuolutiones ⁊ iterpolatiões aceti quouſq₃ totus hūor finiatᷣ ſm ēt qd̄ dictū fuit p̄us. q2 eadē eſt rõ hic ⁊ ibi. ⁊ id. ſ. acetum in mēbro carnoſo eſt ſaluius. ſ. q̄ in neruoſo. ⁊ itellige h ſm q̄ dictū fuit p̄us eodē mõ nec plus nec minus.

¶ De duritie iuncturarū. CAP. XIII.

Quandoq₃ accidit in iūcturis durities p̄hibens moueri iuncturas cū facilitate: ⁊ nõ deſtruit ſenſum. ⁊ quandoq₃ eſt neruus cū quo eſt ſtupor aliquis. Et quandoq₃ eſt carnoſior. ⁊ cura eſt cum eo quod ſciuiſti.

¶ Superius Auicē. determinauit de apãtibus duris que dicuntᷣ ſephyros. In pte iſta Aui. determinat de qbuſdā duritiebus q̄ fiūt in mēbris q̄ reducuntᷣ ad apãta p̄dicta. ⁊ in iſto p̄mo caplo. Auicen. determinat de duritie iuncturaruꝫ. ⁊ dicit. qñq₃ accidit ⁊c̄. ¶ Et qñq₃ eſt neruꝰ cū quo eſt ſtupor aliqs. ſ. p̄hibēs moueri iuncturas cū facilitate. ⁊ qñq₃ eſt carnoſior. i. qñq₃ eſt ps carnoſa in q̄ eſt durities vel ſtupor p̄hibēs moueri iuncturas cū facilitate ⁊ cura eſt cū eo qd̄ ſciuiſti. ſ. in caplo ſcliroſis. puta. ſ. cū mollificatiuis ⁊ reſolutiuis ſicut dictū ē in caplo ſcliroſis ⁊c̄.

¶ De eis q̄ noiantᷣ almiſmar. CAP. XIIII.

Almiſmar eſt nodus rotūdus albꝰ ſimilis capiti claui. Et pl̄m qdē accidit ex percuſſione ⁊ poſt exituras: ⁊ poſt curationē earū amplius multiplicantᷣ in corpore. Et pl̄m accidit in pedibꝰ ⁊ digitis pedum ⁊ in iferioribus ⁊ ledit itellectū q̄ p̄hibet inceſſum: q̄re opꝫ vt ſectio fiat ſuper ipſꝫ ⁊ extrahatᷣ aut moueatur cū manu ſemper ⁊ annectatur ei plumbū. quãdo taliter eſt q̄ nõ eſt poſſibile vt extrahatur. Et plurimū quidē eiꝰ cum nõ curatur fit cancer.

¶ In iſto caplo Auicē. determinat de q̄daꝫ alia duritie q̄ accidit i mēbris ad modū ſcliroſis. ⁊ vocatᷣ talis durities a vulgo callus. Et circa id capl̄m Auic. duo facit. Primo oſtēdit qd̄ eſt almiſmar ⁊ ex qua cā fit. 2ͦ ponit curaꝫ ibi. (Quare opꝫ vt fiat ſectio) Dicit ḡ p̄mo. Almiſmar. i. callus. ⁊ patet. De ſcḋa pte dicit. (Quare oꝫ fieri ſectio ⁊ annectatᷣ ei plūbū) ſ. ſicut fit nodus q̄ nõ poſſunt curari per inciſionē p̄pter cās q̄ dicte ſunt p̄us. Et pl̄m qdem eiꝰ qd̄ nõ curatᷣ eſt cancer ⁊c̄. ⁊ ſigna eiꝰ ſunt ſigna cācri. Intellige aūt circa iſtos callos q̄ curantᷣ per inciſionē ſicut h ponit Auicen. q̄ bonū eſt anteq̄ cuꝫ ferro tangatᷣ ⁊ emplaſtretᷣ plibꝰ diebꝰ cū maluis coctis in aq̄ ⁊ cõtritis cū axungia. q2 id empl̄m mollificat ipſos. vñ tūc poſtea icidūtur cū minori dolore ⁊ agilius: ⁊ id ego fui pluries exptus.

¶ De cancro. CAP. XV.

Cancer eſt apoſtema melãcolicum de melancolia aduſta a materia colerica aut in qua eſt materia colica cuꝫ q̄ cõbuſta ē nõ a pura feculenta.

¶ Superius Auic. determinauit de quodā apãte melico qd̄ dicitᷣ ſephyros. Hic determinat de alio apãte melico qd̄ dicitᷣ cācer. ⁊ diuiditᷣ ps iſta in ptes duas. Primo determinat de cācro theorice. 2ͦ practice. 2ͦ ibi (Id qd̄ opꝫ caueri de cura eius) Prima pars diuiditᷣ in ptes quattuor. Primo oſtēdit qd̄ eſt cancer. in ſcḋa parte ponit differentiam iter ipm ⁊ ſephyros ⁊ docet diſtinguere iter ambo p̄ ſigna. in tertia ponit diſtinctionē ipſiꝰ in ſuas ſpēs. in q̄rta ponit cām quare id apoſtema eſt nominatū cancer. 2ͦ ibi. (Et differt a ſephyros) tertia ibi (Et cancer qdaꝫ eſt vehemētis doloris) q̄rta ibi (Et videtᷣ q̄ hoc apoſtema ſit nominatuꝫ cancer) Dicit ergo p̄mo. Cancer eſt apoſtema melancolicū de melancolia aduſta a mā colerica. ⁊ p̄ hoc dat itelligere duos modos aduſtiõis melācolie. Cācer. n. eſt ex melancolia aduſta. ſed melācolia aduſta q̄tuꝫ ſpectat ad p̄ſens põt eſſe duobus modis. vno mõ per aduſtioneꝫ colere ſubtilis vt qñ colera rubea aduritᷣ ⁊ eiꝰ ſubtile reſoluitᷣ: tunc remanet ſpiſſū terreſtre ipſius aduſtū. ⁊ hec eſt colera maligna aduſta per aduſtionē colere. ⁊ ex tali melācolia aduſta põt fieri cancer. ⁊ hunc modū aduſtionis melācolie tangit cū dicit. De melancolia aduſta a mā colerica. i. p̄ aduſtionē materie colerice. Sed alio mõ bene põt eſſe aduſtio melācolie per aduſtionē melācolie nālis: vt quãdo melācolia nālis miſceretᷣ cum colera ſupflua: tunc melācolia illa naturalis aduritᷣ ab illa mā colerica ſibi admixta. ⁊ ex tali ēt melancolia aduſta põt fieri cancer. ⁊ hunc modū aduſtiõis tangit cū dicit. aut ſupple fit cancer de melancolia in qua. ſ. melancolia eſt mā colerica. ſ. materia colerica cõbuſta eſt. ſ. melācolia. ¶ Et itellige q̄ licꝫ ſint plures ſpēs melācolie aduſte q̄ iſte tñ iſte due ſpēs ſunt peiores ſm q̄ apparet p̄ Aui. in p̄mo libro: caplo de humoribus. Et q2 cancer eſt ex melancolia peſſima: ideo Auic. ſolū tāgit iſtos duos modos aduſtiõis melancolie peiores nõ a pura feculēta. hoc eſt q̄ cācer ſicut dictū eſt fit ex mā melancolica aduſta ⁊ nõ a pura mā feculenta. melancolia eni pura vocatur feculenta eo q̄ eſt fex ſanguinis ⁊ reſidentia ſm q̄ apparet per Auicē. in p̄mo libro. caplo p̄dicto. Et in hoc differt cācer a ſephyros. q2 ſephyros ⁊ maxime purū fit ex melācolia pura feculēta. Cancer aūt eſt ex melancolia aduſta. Et ex hoc q̄ dicit Auic. apparet q̄ male dicit Brunus in q̄daꝫ diuiſiõe cancri. Dicit eni q̄ cancer diuiditᷣ ſm diuiſionē cauſe. q2 q̄dā fit ex melancolia nāli que frigida eſt ⁊ ſicca ⁊c̄. nā ſm q̄ apparet hic per Auic. cū Auic. diffiniat cancrū in gñali ⁊ diffõ gñalis cõpetit oībus ſpālibus nullus fit ex melācolia nāli cū nullus cancer fiat ex melancolia pura feculenta: ſicut dicit hic Auic. Tunc ſequitᷣ illa pars.

¶ Et differt a ſephyros p̄ ſe cū dolore ⁊ acuitate ⁊ pulſatione quadā ⁊ velocitate additionis p̄p̄ multitudinē mãei ⁊ iflationē: ⁊ p̄p̄ illud accidit in illa mā de ebullitione cuꝫ ipſa venit

ad membrum. Et differt ab eo iterum per venas quas mittit in circuitu suo ad membrum in quo est quasi pedes cancri ⁊ non sunt rubee sicut in flegmone: immo declines ad nigrediné ⁊ obfuscationé ⁊ viriditatem: ⁊ iam diversificatur ab eo: quoniam plurimum adventus sui fit incipiendo ⁊ adventus duri fit pmutãdo ex calido. ⁊ differt a sephyros: qm̄ est ei sensus ⁊ illi non est sensus omnino: ⁊ plurimum quod accidit i membris raris: ⁊ illud est i mollioribꝰ pius in epate ⁊ in membris nervosis iterum.

¶ In qua parte ponit differentiam iter cãcrũ ⁊ sephyros. ⁊ docet distinguere iter ambo per signũ. Et dividit hec ps in ptes duas. In pma pte ponit signa ipsius cãcri per que signa distinguit a sephyros. In scda pte cõparat ipm ad cognitioné nostrã. ibi. (Et in pmis cum accidit). Juxta primam pté est itelligẽdũ q cãcer ⁊ sephyros cõveniũt in quibusdã ⁊ differũt in qbusdã. imo adeo cõveniũt sephyros et cãcer q Avi. dic in pmo. fen 2ª. ca. de egritudibꝰ cõpositis. q non multũ distat qn dria iter cancrũ ⁊ sephyros existat pter accñtia iseparabilia: ⁊ nõ pter drias subales: eo q cãcer ⁊ sephyros videnť fieri ex eadé mã subalr drnte solũ fm supcalefactioné ⁊ nõ supcalefactioné: q gdé. s. calefactio ⁊ supcalefactio accñtia sunt: aut nõ diversificãt spém. ⁊ iõ cãcer ⁊ sephyros non multũ videnť differre fm drias subales. Dicit aũt Avi. i pͦ libro nõ multũ. q credo sine dubio q cãcer ⁊ sephyros nõ fiũt ex eadé materia: oio subaliter differéte solũ per accñtia. q melia adusta ⁊ nõ adusta non sunt oio idem subaliter. sed q multũ cõveniũt ⁊ differunt minus q faciãt diversi humo. vt melia ⁊ sanguis. vel flegma ⁊ colera. ideo non videntur quasi differre substantialiter. licet non omnino sint idem substantialiter. ⁊ similiter ẽt cãcer ⁊ sephyros que differũt fm meliaz adustaz ⁊ nõ adustã nõ vr multũ differre subalr: sed solũ fm quedã accñtia iseparabilia. sz tñ credo q nõ sit oio idé fm drias subales sicut dcm est ẽt de melia adusta ⁊ non adusta. ⁊ iõ credo q Avi. in pmo li. dixit nõ multũ. ¶ Apparet g ex pdictis q cancer ⁊ sephyros multũ cõveniũt adeo q non videnť differre nisi penes quedã accidẽtia iseparabilia. ⁊ iõ q sic multũ cõveniũt pter hoc hic Avi. maxime docet distinguere iter cancrum ⁊ sephyros per signa. ⁊ assumũtur illa signa ex illis accñtibꝰ insepabilibꝰ penes que differunt cancer ⁊ sephyros. ¶ Signa autem illa per que differt sephyros a cancro. ⁊ econverso videnť esse qnqz sz q extrahitur hic ex dictis Avi. Unde cãcer videť differre a sephyros in qnqz accñtibꝰ per que cãcer distinguit in cognoscendo ipm a sephyros. nam cancer differt pmo a sephyros in dolore acuitate ⁊ pulsatione: eo q ista sentiunť in cancro. non aũt in sephyros. Et quomodo istud sit itelligendũ plane fuit expositum supra in caplo sephyros. Differt secũdo cancer a sephyros in velocitate additionis: q cancer velocius auget q sephyros pter causam: quam ponit Avicé. in lra. Differt etiam tertio in venis nigris ⁊ fuscis que sunt in circuitu cancri: nõ aũt sunt in sephyros. ¶ Differt quarto per originé: q cancer vtplimũ fit incipiendo. sephyros aũt pmutãdo ex apostemate calido. ¶ Differt qnto sz locum in qbus nascit. q cancer vtplimũ fit in mébris raris sicut in mãmillis: ⁊ in epate: ⁊ in huiusmodi. ⁊ nascit iteruz in nervosis: sephyros autem vtplurimũ nascit in aliqs mébris q in membris raris. ⁊ id signum qntum est magis largum q aliqd predictoz. vnde illud est accidẽs ei separabile: sed est magis strictum q quartũ. alia aũt tria sunt accidentia ei insepabilia. Per hec ergo que dicta sunt patz qd vult dicere Avi. in hac parte. ¶ Intellige tamen vlterius q ista signa cancri que dixi: ⁊ que hic ponit Avi. signa cancri non vlcerati sunt. q talis cancer maxime cõvenit cum sephyros. ⁊ ideo cancrum non vlceratũ est difficile ipsum cognoscere ⁊ distinguere a sephyros. ⁊ pter hoc Avic. hic solum curavit ponere signa cancri nõ vlcerati. q quãdo ẽ vlceratus: tũc manifeste apparet differẽtia ipsius a sephyros. ⁊ signa cãcri vlcerati fm q ponit Rasis est: q eiꝰ vlcus est turpe malũ valde habés labia grossa viridia ⁊ foras iversa ex quo currit sanies mala fetida. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Et in primis cum accidit est occulte dispositionis: ⁊ quando apparet cancer ambigit esse eius in primis cum apparet fm plurimũ: deinde apparent signa eius. Et in primis cum apparet in principio est sicut faba parva durus rotũdus fusci coloris in quo est caliditas qdã.

¶ In ista parte Avicé. comparat cancrum ad cognitionez nostram. ⁊ docet cognoscere ipsum in principio quãdo apparet. ⁊ patet quod dicit. Et idem qd dicit hic Avicé. dicit Gal. 14. de ingenio sanita. Dicit enim q sic accidit de cancro per respectum ad cognitioné nostram sicut accidit de nascentibus terre. s. de herbis. nam dum herbe nascuntur: ⁊ adhuc sunt parve sunt difficilis cognitionis ⁊ nõ cognoscũtur a malis herbolarijs. cum aũt creverint tũc facilr: ⁊ ab omnibus cognoscunť. Tũc sequitur illa pars.

¶ Et cancer quidem est vehementis doloris: ⁊ alius est parvi doloris quietus ⁊ alius est qui perducit ad vlcerationem: quoniam est ex melancolia que est adustio sanguinis ⁊ adustio colere pure solius: ⁊ alius est siccus qui non vlceratur: ⁊ quãdoqz permutatur vlceratus ad nõ vlceratum: ⁊ quandoqz reducit eum ad vlceratum curatio eius cum ferro et ponit ei labia grossiora et duriora.

¶ In qua parte Avicé. ponit distinctionem ipsius cancri in suas spẽs. Et ponit Avi. duplicé distictioné ipsiꝰ cãcri. vnã ponit ex parte doloris: et aliam ex parte vlcerationis. Ex parte doloris ponit distinctionem cancri Avicé. cuz dicit. Et cancer quidem est vehementis doloris ⁊ alius est parvi doloris quietus: idest non perambulans multum in mébrum. ¶ Intellige autem circa istam distinctionez q nullus cancer est sine aliquo dolore omnino: eo q vt dictum est prius: ⁊ in hoc differt cancer vniversaliter a sephyros. quia in cancro est dolor: in sephyros autem non. nullus ergo cancer est sine dolore. sed cancer quidam est cum vehementi dolore. ⁊ iste est ille cancer qui fit ex melãcolia que generatur per adustionem colere pure. Alius est cancer q est parvi doloris. ⁊ iste est cancer qui fit ex melãcolia que fit per adustionem melãcolie naturalis. Causa autem propter quam pmus cancer est maioris doloris: ille auté parvi est doloris est. quia fm q apparet per Avicénaz in pmo libro. capitulo de humoribus: Melãcolia que fit per adustionem colere solius est vehementis malitie ⁊ velocioris corruptionis q quecũqz alia species melancolie: eo q est magis mobilis. quia est magis calida ⁊ acuta: ⁊ ideo inducit fortiora accidentia ⁊ vehementiora. ⁊ ideo talis cãcer qui fit ex tali melãcolia est vehementis doloris. melia vo que fit per adustioné melãcolie naturalis est tardioris impedimenti ⁊ tardius corrumpit. ⁊ hoc est. q nõ est ita mobilis. ⁊ ideo inducit debiliora accñtia. pter qd ⁊ cancer q fit ex ea est parvi doloris respectu pmi. ¶ Tunc Avicéna ponit aliam distinctioné cãcri ex parte vlceratõis cũ dicit

⁊ alius est .s. cancer qui ꝑducit ad vlcerationē: q̄s est melancolia .s. ex qua fit iste cācer que est adustio sanguinis et adustio colere solius. ⁊ alius est .s. cācer ipse siccus qui non vlceratˀ. Intellige aūt hic ꝙ mēbra istius distinctionis respondent mēbris ꝑdicte distinctōis. nam cācer q est vehementis doloris est ille q ꝑducit ad vlcerationē. eo ꝙ cācer q est vehemētis doloris est ex melia que est per adustionē sanguis ⁊ colere pure solius. vt dictū fuit ṗus. talis aūt melancolia est vehemētioris ⁊ citioris corruptionis ⁊ vlcerationis eo ꝙ est magis mobilis ꝑpter maiorē acuitatē quā habet. ⁊ ideo cācer q est vehemētis doloris est cancer q ꝑducit ad vlcerationē. q: causa vehemētis doloris cācri est causa ēt vlcerationis ipsius. cancer aūt q est parui doloris est cācer siccus q non vlceratˀ. quia talis cācer qui est parui doloris fit non ex melia pura nāli s̄m ꝙ hrunus imaginatur vt dcm̄ fuit ṗus. sed fit ex melia que generatˀ per adustionē melie. talis aūt melia. vt dicit Aui. in ṗmo libro est tardioris impedimēti ⁊ tardioris corruptiōis ⁊ vlcerationis eo ꝙ est minus mobilis ꝑpter paruā acuitatem quam habet. ⁊ ideo talis cancer qui est parui doloris est cancer q non vlceratˀ. q: causa parui doloris in cācro est etiā causa quare cācer est siccus non vlcerās. ¶ Ex ꝑdictis ergo apparet ꝙ iste due distinctiones sibi inuicem corridēt. ¶ Et qn̄q; permutatˀ. Hic Aui. q: dixit ꝙ cācer qdā est q ꝑducit ad vlcerationē: qdā aūt est siccus qui non vlceratˀ. ostēdit ꝙ aliqn̄ potest mutari cācer qui non est vlceratˀ in vlceratum. Dicit ḡ. Et inuenitˀ hic duplex lr̄a. Una lr̄a inuenitˀ que diē sic. Et qn̄q; non vlceratˀ ad vlceratū: ⁊ tūc snia plana est. q: erit dicere ꝙ qn̄q; ꝑmutatˀ cācer non vlceratˀ in vlceratū. ⁊ hoc pōt ɔtingere vel ex errore medici q nō ponit localia ɔueniētia vl ex fluxu alicuiˀ humoris acuti ad locū cācri rōne cuius cācer vlceretˀ. vel ex curatōe ipsius cū ferro sicut dicit in pte seq̄nti. ¶ Alia lr̄a inuenitˀ hic que diē. Et qn̄q; ꝑmutatˀ vlceratˀ ad non vlceratū. Et si ita dicat: tunc ego itelligo sic istā lr̄az. Et qn̄q; supple ꝑmutatˀ locus vlceratus ad nō vlceratū .s. locū. ⁊ hoc est qn̄ cācer est mobilis ⁊ corrosiuus ꝑambulans in mēbrū. ⁊ hoc est qn̄ est ex materia acuta valde: sicut est ille qui est vehemētis doloris q fit ex melia generata per adustionez colere pure. Et qn̄q; ꝑducit eum .s. cancrū ad vlceratū curatio eius cuz ferro: ⁊ ponit ei labia duriora ⁊ grossiora. Uel itellige etiam si curetˀ cū medicia caustica. Diē aūt Aui. qn̄q; q: h nō cōpetit semꝑ. aliqn̄ .n. pōt cācer eradicari cū ferro vt si sit icipiens ⁊ puus ⁊ sit in mēbro cuius abscisio totiˀ est possis. Si autē cācer sit ꝑfectˀ vel antiquus: ⁊ sit in mēbro cuiˀ abscisio nō est possis: tūc curare ipm̄ cū ferro vel medicia caustica non est aliud facere nisi cancrum non vlceratum ꝑducere ad vlceratum: ⁊ ad maiorem corrupcionem q̄ȝ prius esset.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et videtur ꝙ hoc apostema sit nominatum cancer ꝑpter vnam duarum rerū: aut propter suam tenacitatem cuȝ membro sicut tenacitas cancri cum eo qd̄ venatur: aut ꝑpter formam suam in rotūditate sua s̄m plurimum cuȝ dolore suo ⁊ egressione venarum que sunt sicut pedes eius in circuitu ipsius.

¶ Hic Aui. assignat causam q̄re id apostema vocatˀ cācer. ⁊ ps qd̄ diē. Et itellige vt melius dicta Aui. itelligantˀ ꝙ id nomē cācer eq̄uocatˀ ad duo .s. ad quoddā aial fluuiale qd̄ est notū: ⁊ ad egritudinē que vocatˀ cācer que hꝫ silitudinē ad id aial. ⁊ ṗma acceptio istius nois cācer est ꝓpria. secunda aūt est trāsumptiua. in omni aūt trāsumptione est silitudo. q: oēs trāsferētes s̄m aliquā silitudinē trāsferūt. Similitudo aūt ista est duplex. vna est rōne forme vel figure



⁊ alia est rōne adherētie. silitudo autez rōne forme ⁊ figure ē. q: sicut id aial hꝫ corpus grossuz ⁊ rotūdū ⁊ hꝫ pedes furculētos. ita etiā iste morbus est grossus ⁊ rotūdus: ⁊ hꝫ ēt radices furculētas ad modū pedū cācri. q: vene q̄ sunt in mēbro in quo est morbus iste sunt sicut radices ipsius. Est etiaz similitudo adhuc ex parte forme. q: sicut id aial est quasi nigrum anteq̄ȝ decoquatˀ ita ⁊ iste morbus. q: fit ex melancolia adusta. silitudo aūt ex parte adherētie est. q: sicut id animal multum adheret cum suis pedibˀ: imo in tantū ꝙ vix possunt ipsum cape venatores. ita etiaz iste morbus multum adheret: quia radices eius vt venas que sunt sicut radices eius habet in interioribus ⁊ in ꝓfunditatibus membrorum. merito ergo potest id nomen cācer trāsferri ad istum morbum ⁊c̄.

¶ De cura cancri. CAPITULUM. XVI.

Illud quod oportȝ cauere de cura eiˀ est: quoniam cum incipit fortasse est possibile vt prohibeatur ne addatur super illud quod ipse est: ⁊ conseruetˀ ita ꝙ non vlceretur: ⁊ accidit in q̄busdaȝ horis vt sanetˀ icipiēs: ɔfirmatˀ vo non.

¶ Supius determinauit Aui. de cancro theorice. hic determinat de ipso practice .s. quantū ad curam. Et diuiditˀ hec pars in ptes duas. Primo ponit quam intētionē debemˀ habere in cura cācri. secūdo ꝓseq̄tur curam ipsius. secūda ibi. (Et multotiēs qdē accidit ⁊c̄.). Dicit ṗmo illud qd̄ opꝫ caueri de cura cancri .i. id qd̄ opꝫ intēdere circa curam cancri est: qn̄ cum incipit fortasse possibile est vt ꝓhibeatˀ ⁊c̄. Et accidit in q̄busdam horis vt sanetˀ icipiens .i. qn̄ cancer incipit ⁊ est paruus. firmatus vo non sanatˀ. Sic ergo tunc ex dictis apparet ꝙ in cura cancri vltimū est intentio ꝓhibendi ne augeatˀ ⁊ ne vlceretˀ. q: ista intētio in eo vltimū est possibilis. ⁊ raro est intētio in cura ipsius sanandi ipsuz: quia ista ē impossibilis nisi aliquādo vt qn̄ ē paruus incipiēs. tūc enim ɔtingit ꝙ aliqn̄ talis cancer sanatˀ lȝ ēt non semꝑ iste sanetˀ. ¶ Ad euidentiā aūt maiorē dictoruȝ Auicēne. nota ꝙ cancer est duplex. quidam est incipiens ⁊ paruus. alius est antiquus ⁊ magnus. Modo tunc cancer antiquus ⁊ magnus siue sit vlceratus siue nō: nō ē possibile vt sanetˀ nec per medicinas nec per incisionem: eo ꝙ iaȝ est in membro ꝓfundatus vsq; ad sui iteriora. ⁊ habet venas extensas ⁊ diuulsas ad partes longinquas. ⁊ ideo non pōt ab eo eradicari ⁊ euelli. Et hoc est qd̄ dicit Albucasis capitulo de cancro. quādo vo antiquatus ⁊ magnus est nō oportet vt appropinques ei. Ego enim non potui ex eo sanare aliquem nec vidi alium ante me qui puenerit ad id. Et hoc etiam dicit Hyp. in illo affo̊rismo. Quibuscūq; cancri sunt absconditi s̄m ꝙ exponetˀ in pte seq̄nti. Si autez cancer sit paruus ⁊ incipiēs: tūc si sit in mēbro vbi possibile est eius eradicatio ⁊ concauatio ⁊ sit in supficie in parte exteriori illius mēbri ⁊ non in interioribus illius membri possibile est vt sanetur. ⁊ hoc per icisionē ⁊ per causticationem. Si autem ille cancer sit in membro: vbi non est eius eradicatio possibilis: sicut est in gutture. vel sit ꝓfundatˀ i interioribus partibus membri: tūc non sanatˀ. ⁊ ꝑpter hoc Auicēna dicit. qd̄ accidit in quibusdam horis vt sanetˀ incipiens paruus: non autem dicit semper. Dixi aūt signanter ꝙ possibile est vt sanetˀ talis cancer icipiēs paruus per incisionem ⁊ per causticationem. quia cūȝ medicinis localibus quas postea dicet Auicēna. credo ꝙ nullus possit ex toto sanari. ⁊ hoc videtˀ esse ex intentione Almansoris .s. ꝙ cancer non potest sanari per medicinas locales. Dicit enī: Cancer est egritudo ⁊c̄. Cui si ilico ex quo incipit succurratur ⁊ vt debet regatur forsitan stabit vt est nec augmen-

subitur. Cum aūt creuerit semper sic manebit. q2 deterior erit si vlceret̄ ⁊c. Per hoc ergo qđ dic̄ hic Almāsor videt̄ q nullus cancer pōt ex toto sanari cum medicis localib⁹: sed conseruat̄ per medicinas locales ne cancer augeat̄ in ea dispositione in qua est. Quādo ergo Auicē. dicit q possibile est vt sanetur cancer incipiens paruus. Et hoc idem dic̄ Rasis caplo de cancro. credo q itelligit per icisionem vel causticationē: non aūt cum medicis localibus. Verū est tamē q Auicēna sequēti caplo videt̄ ponere q sit possibilis destructio cancri per medicinas. Sed tunc quando erimus ibi hoc exponemus: ⁊ melius etiam de hoc videbimus. Tūc sequitur illa pars.

¶ Et multotiens quidē accidit cancer interius occultus: ⁊ est rectificatio in eo fm q dixit optimus Hypo. vt non moueatur: quoniā si moueretur fortasse perducit ad mortem. ⁊ si dimittitur ⁊ non curatur fortasse prolongat̄ spaciū cum salute quadam: ⁊ ꝓpterea quādo rectificantur cibi ⁊ ponuntur de illis que infrigidāt ⁊ humectant ⁊ generant materiam saluam sicut aq̄ ordei ⁊ pisces alredradu parui ⁊ vitelli ouorū sorbilium ⁊ similia illis ⁊ quando est illic caliditas: tunc detur lac vaccinum statim cum extractum est butyrum: ⁊ colatur ⁊ quod sumitur ex oleribus humidis vsq3 ad cucurbitā.

¶ In qua parte Aui. prosequitur ⁊ diuidit̄ ista pars in partes duas. Primo ponit curam ipsius per icisionem ⁊ causticationem. secūdo ponit curam ipsius per medicinas. scđa ibi. (Sumat in potu multis vicibus). Prima pars diuidit̄ in ptes duas. Primo ostēdit qui sint cācri qbus non competit nec sufferūt incisionē ⁊ causticationē. secūdo ostēdit q sint cancri sufferētes icisionē ⁊ causticationē ⁊ curant̄ cū3 eis. secūda ibi. (Et fortasse sufferūt cancri parui). Dicit ergo pmo. Et multotiens qdem accidit cancer iterius occultus. et est rectificatio in eo. i. via curationis in eo fm q dixit optimus Hypo. in septa particula affori8mo3 in illo afforismo. Quibuscūq3 cancri abscōditi sunt non curare melius est: curati enim citius pereunt. non curati vo longum tēpus perficiūt vt non moueatur. i. cum icisione vel causticatione: qrā si moueat̄ ⁊c. ¶ Iuxta istā partē itellige expōne3 afforismi pdicti. q2 expō illi⁹ afforismi est expō ⁊ declaratio istius ptis. Intellige ḡ qn̄ Hypo. dicit qbuscūq3 cācri abscōditi sunt q cācros eē abscōditos pōt eē duob⁹ modis ⁊ de vtroq3 verificant̄ afforismi. ⁊ id qđ hic dic̄ Auicē. vno mō pōt dici eē cācer abscōdit⁹: q2 fit in ptib⁹ iterioib⁹ corporis: ita q nil de ipso ex̄ appeat sicut est cācer q est in epate vel in stomaco vel i matrice vel in ano iteri⁹ vel in gutture. isti. n. dicunt̄ esse cācri abscōditi. q2 fiūt in ꝯcauitatibus iterioib⁹: quo3 orificiū nō est i supficie exteriori corporis. Alio mō pōt eē cācer abscōdit⁹: vt q2 habeat radices ꝓfundatas in iterioib⁹ mēbri ⁊ per totū. ⁊ dato q ei⁹ orificium sit ex̄ in supficie exteriori corpis: sicut eēt cācer antiquus pfect⁹ in coxa vel in alio mēbro carnoso exteriori. talis. n. dī esse cancer abscōditus. q2 est ꝓfundat⁹ per totum mēb3 ⁊ vsq3 ad sui iteriora. modo de vtroq3 cācro abscōdito h3 veritatē qđ Hypo. dic̄. ⁊ hoc qđ etiā dic̄ Auicen. hic. ¶ Vlterius itellige q qn̄ Hyp. dic̄ non curare melius est non itelligit q nullo modo subueniat̄ eis cum curatimo bene debemus subuenire cum cura blandienti ex potibus ⁊ cibis ⁊ aliqs medicis fm q Aui. ponit in lr̄a. s3 itellige nō curare. i. nō debemus eos coquere nec icidere fm q exponit Gal. in co. Curati. n. i. icisi vel cōbusti citi⁹ pereunt. Causa q̄re isti citi⁹ pereunt ꝓpter icisionē ⁊ cōbustionē est. q2 si icidis tale cancrū abscōditū: aut tu icidis ipm radicit⁹: vl̄ icēdis ipm icidere radicit⁹ aut nō. si tu intēdis ipm icidere radicit⁹: tūc dico q isti citius pereūt: siue tu itelligas per cācrū abscōditū cancrū q est in ꝯcauitatib⁹ iterioib⁹ corpis: ⁊ de isto est magis manifestū. Siue tu itelligas per cancrū absconditū cancrū ꝓfundatū in iterioib⁹ mēbri dato q orificiū extra appareat. q2 si tu itēdis ipm icidere radicit⁹ tūc fiet ibi duo reddētia vulnus dubiū ⁊ mortale: eo q oportebit fieri vulnus maximu3: ⁊ oportebit q sit vulnus: iuxta mēbra nobilia vel in mēbris nobilibus. ista sunt reddētia vulnus dubiū vt ponit Gal. 2⁰ regiminis acuto3. Et q oporteat ibi fieri ista duo appet: q2 si itēdis ipm incidere radicitus cū iste radices sint multū ꝓfundate ⁊ dispse: seq̄t̄ q si debeāt icidi oēs eius radices q ibi fiat vulnus maximū. ⁊ ideo fiet maxima violētia ipsi nature. Iteru3 etiam fiet in membris nobilibus sicut in membris interioribus: si iste cancer sit in membris interioribus: vel approximabit mēbris nobilibus: dato q iste cancer sit in membris exterioribus sicut in mamilla ⁊ coxa. q2 oportebit tn̄ ꝯcauare q approximabit mēbris iterioib⁹. sunt ergo ibi illa duo que reddūt vulnus dubiū ⁊ mortale. Et istis ēt ꝯcludit̄ q si icendant̄ vl̄ icidant̄ radicit⁹: q seq̄t̄ nimia resolō caloris ⁊ spūs. ⁊ iō vel stat̄ moriunt̄ vel in ꝓxio. Itē3 si icidant̄ vl̄ icendant̄ radicit⁹ sequitur aliud. s. q eēt ibi nimia emorosagia. ex ista aūt nimia emorosagia debilitat̄ vt⁹ eo3 ⁊ citius moriant̄. Iterū ēt ex hoc sequitur aliud piculū. q2 cū ibi sint nerui magni si icidunt̄ vel icendant̄ sequitur ibi vehemens dolor. Ex tali aūt icisione nerui ⁊ vehemēti dolore pōt cōsequi spasmus ad quem sequitur mors. ¶ Sic ergo nūc ex oībus istis apparet q si iste cancer icidat̄ radicit⁹ q citi⁹ perimit. Si autem tu nō icidas radicitus: sed dimittas ibi radices: tūc adhuc citius perimit. q2 si remanent ibi radices cancri. tūc recidiuabit ⁊ regenerabit̄ cancer vlceratus qui est peior priore. ⁊ ꝓpter dolores etiam qui fiēt per illam quassationem. ⁊ ꝓpter vacuationem sanguis magis molestabitur natura q̄3 si non icidant̄. ⁊ per cōsequēs citius pereunt. Itē3 etiam si ille cācer pmo non erit vlceratus tūc nil aliud facies per istam icisionē nisi qđ de cācro nō vlcerato facies vlceratu3 q citi⁹ pimet. ¶ Ex dictis ḡ appet rō afforismi. ⁊ istius partis Auicē. s. quare tales cācros abscōditos ⁊ occultos non oportet eos incidere vel coquere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et fortasse sufferunt cancri parui sectionem: nam si possibile est vt destruantur cu3 aliquo: tunc non est possibile vt destruātur nisi per incisionem vehementem: vt ex toto assumatur membrum inuadens quod est in circuitu eius: incidendo ipsum ex circundante apostema eradicando omnes venas que ibibunt ipsum: ita vt non remaneat de eis aliquid ⁊ currat post illud ex eis sanguis plurimus: ⁊ iam antecessit mundificatio corporis per solutionem ventris ex materia mala ⁊ flobotomiam. deinde conserua eum faciendo eum stare super cibos bone quantitatis ⁊ qualitatis ⁊ confortatiōe mēbri ad expellendum: quoniā incisio in pluribus addit ei malitiam. ⁊ fortasse indiget post incisionem cauterio. Et fortasse erit in cauterio timor magnus: ⁊ illud erit qn̄ fuerit cācer prope membra principalia ⁊ nobilia.

¶ In qua parte ostendit qui sunt cancri sufferentes incisionem et causticationem et curantur etiam cum his. et duo facit. Primo facit hoc. secūdo addit quoddam qđ accidit ex incisione cancri narrando quoddam qđ accidit ex incisione cancri in mămilla. secūda ibi. (Et iam narrauit). Dicit ergo pmo. Et fortasse sufferunt cancri parui sectionem. ¶ Iuxta quam partem intelligendum ꝙ expositio et declaratio istius partis habetur ex pdictis ꝙ vnum oppositum daẗ intelligi per aliud. ¶ Et pꝑter hoc Galienus in cōmēto illius affo2ismi. qbuscūqꝫ cancri abscōditi. dicit ꝙ Ypo. per viam oppositōis intelligit canonem oppositum illi. s. quod qbuscūqꝫ sunt cancri exteriores et non pfundati in interioribus corpis. sed sunt in supficie exteriori: tūc curare eos p icisionem vel icensionem melius est q̄ non curare. et hoc intendit Aui. cum dicit. Et fortasse sufferunt cancri parui. i. cancri icipientes et non antiq nec pfundati. sed existentes in supficie exteriori sectionem idest icisionem. Dicit autē Auicēna fortasse. q2 etiam cancri parui icipientes nō semper sustinent icisionem et icensionem vt si sint prope membra nobilia vel in membro in quo non possit fieri eradicatio ipsius sicut est in gutture vel in naso vel in ano vel intus in vulua. sed ad hoc vt possit curari per icisionem vel icensionem oportet vt sit i membro in quo possibile sit tota eius concauatio sicut est in membro multum carnoso: vt est mammilla et coxa et eis silibus. Et hoc est quod subdit Auicēna. Nam si possibile est vt destruatur cum aliquo: tūc non est possibile nisi vt destruatur per icisionem vehementem et ex toto assumatur membrum inuadens. i. vt ex toto eradicet̃ et concauet̃ pars membri in quo est inuasio. et concauando totū qđ est in circuitu eius vbi sunt radices et vene. et hoc non pōt fieri in omnibus membris. sed solū in membris qualia sunt coxa vel mămilla vel aliud simile. Et hoc etiam dicit Albucasis in capitulo de cura cancri et hec sunt verba sua. ¶ Et dixerūt antiq qđ quandoqꝫ cācer est in loco vbi possibilis est eius eradicatio sicut cācer qui est in mămilla aut coxa aut eis silibus ex membris locatis ad extrahendum totum eius: pcipue quādo est incipiens paruus: et iā antecessit mundificatio ꝛc. idest et dū antecedere istam icisionem mundificatio corporis ꝛc. Deinde serua eam. s. istam mundificationē. hoc est conserua corpus sic mundificatum vt non regenerētur mali humores per bonam dietam vt per cibos bone quantitatis et q̄litatis ꝛc. quāuis icisio in pluribus horis addit ei malitiam intellige in horis quando non competit incisio: et hoc est in predictis casibus qui dicti sunt. aliud qđ Auicē. dicit patē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iam narrauit quidam primorum ꝙ medicus quidam incidit mămillam cancerosam radicitus et cancerata est altera. Dico ꝙ possibile fuit si fuit illud in via cancerandi: quoniā inuenit illam egritudinem: et possibile fuit vt esset ſm semitam permutationis: et est magis apparens.

¶ In ista parte Auicēna narrat quiddam qđ accidit cuidā medico ex incisione. Et dicit ꝙ quidam priorum narrauit ꝙ qdam medicus icisit mammillam canceratam radicitꝰ et cancerata est altera. et ponit possibilitatem huius Auicē. duobus modis. potuit enim esse possibile vno modo vt si altera mammilla esset in via cancerandi tūc potuit esse ꝙ icisa alia mammilla cancerata superueniret cācer illi mămille que erat in via cancerandi. et si sic itelligatur esse possibile: tūc causa illius non fuit icisio. sed fuit q2 illa mămilla erat in via cancerandi. vnde potuit ei superuenire cancer quādo fuit incisa alia mammilla: sed non ꝙ incisio fit causa illius nisi casualiter vel per accidens. Alio modo potuit esse possibile per viā permutationis. vt quia materia illius mammille cancerate que fuit incisa fuit permutata ad aliam mămillam et cancerauit ipsam. et hoc est possibile: quia possibile est ꝙ propter incisionem materia cōmoueat̃ et ebulliat. vnde potest permutari et effundi ad aliā mammillam. ¶ Et simile huic quodāmodo ponit Auic. in tertio libro. fen tertia. de egritudinibus oculoꝝ. capitulo de ruptura cornee. Ponit enim ibi Auicēna ꝙ eminentie clauali oculi que est per rupturam non est cura. Sed dicit ipse qdam peccant qui icidunt illam eminentiam vt oculus videatur pulchrior. Nam dic̃ ipse rectius est vt nō moueatur nec tangatur cum icisione. quia fortasse effundetur et permutabitur materia ad oculum alterum. Similiter etiam hoc est possibile ꝙ propter incisionem mămille cancerate cācеretur altera ſm viā permutationis materie de vna mămilla ad alteram. Et hoc maxime est possibile si cancer sit antiquus et profundatus vbi materia est profundata. Et si sic itelligatur esse possibile: tūc causa cācerationis alterius mămille fuit icisio illa rōne cuius materia fuit cōmota et effusa ad aliam mămillam. ¶ Et addit Auicē. ꝙ iste modus possibilitatis est magis apparens idest magis manifeste verus. vnde vterqꝫ modus est possibilis. sed iste videtur magis apparens verus. et ratio huius est. quia cū altera mammilla fuisset cancerata post icisionem mammille cancerate videtur ꝙ causa cancerationis alterius mammille fuisset incisio. Et cum per scđm modum possibilitatis reddatur ꝙ causa fuerit incisio. nō autem est per primum modum. ideo secūdus modus possibilitatis est magis apparens. ¶ Et intellige vltra quod Auicēna narrauit hic hoc et posuit hoc eē possibile vt ostēderet per hoc inobedientiam cancri ad curationem per icisionem. ¶ Et ideo Auicēna dixit prius cum hac conditione. et fortasse sufferūt cācri parui sectionem. et non dixit absolute. s. sine hac conditione fortasse ꝛc.

¶ Rememoratio regiminis soluēdi ipm. CAP. XVII.

Sumat in potu multis vicibus inter quas sint dies pauci quaqꝫ vice quatuor aureos epithymi cum aqua casei: aut aqua mellis: aut decoctionem epithymi in syrupo acetoso. Et ei qui ex hoibꝰ est fortis det̃ hiera hellebori.

¶ Superius Auicēna posuit curam cancri quantum ad icisionem et incensionem. hic ponit curam eius que fit per medicinas. Et diuiditur hec pars in partes duas. Primo ponit curam ipsius per medicinas euacuantes corpus que dicuntur vniuersales. secūdo ponit curam ipsius per medicinas locales. secūda ibi. (Per medicinas locales ꝛc.). Dicit ergo. Et apparet qđ dicit ꝛc.

¶ Rememoratio medicinarum localium ad cancrum. CAPITVLVM. XVIII.

Per medicinas locales ad cancrum requiruntur quatuor intentiones. s. destructio cācri penitus et est difficilis: et phibitio additionis: et phibitio vlcerationis: et curatio vlcerati.

¶ In isto caplo ponit Aui. curā cancri p medicinas locales. Et diuidit̃ hec ps i ptes duas. In pma pte ponit q̄s itētiones habemus i cura cancri per medicinas. in secūda psequitur illas intentiones. secūda ibi. (Et in illis in qbus q̄ritur). Dicit ergo per medicinas locales requiruntur ad cancrum quatuor intentiones. idest ꝙ medicine locales ſm quatuor intentiones ponunt̃ in cācro. nam q̄dā ponū

tur sm istam intentionem vt destruatur cancer penitus. Et ideo pma itentio est vt destruat cancer penitus. Et dicit Auicēna ꝙ hoc est difficile. Quedam autem ponuntur sm istam intentionem vt prohibeatur additio cancri. Et ideo secunda intentio est prohibitio additionis cancri. Quedam autem ponuntur vt prohibeat cancer vlcerari. Et ideo tertia intentio est ꝓhibitio vlcerationis. Quedaʒ aūt ponunt ad curandū cancrum vlceratū. ⁊ ideo quarta intentio est curatio vlcerati. ¶ Juxta istam partē itellige de istis quattuor itentionibꝰ que habent in cancro per medicinas locales. ⁊ pmo intellige de pma intentione. Nam Auicēna dicit ꝙ pma itentio est difficilis. Sed ego credo ꝙ adeo est difficilis ꝙ est ipossibile. Credo enim ꝙ ipossibile est vt dixi supra. cancrū oino destruere cum medicis localibꝰ. ⁊ hoc patet per itentionē Almansoris. vt dictum fuit prius. Jterū hoc videt esse de itentione Auicē. in predicto caplo. qꝛ si aliqs cancer destrueret cum medicis localibus tūc talis cancer esset cancer paruus icipiens. sed de tali cancro dicit Auicenna in precedenti capitulo ꝙ si possibile est vt destruat talis cancer cuꝫ aliquo. tūc non est possibile vt destruat nisi post icisionē vehementē vt ex toto assumat membrū inadens qd est in circuitu eius ⁊c. videtur ergo per hoc quod dicit hic Auicē. ꝙ talis cancer non possit destrui cum aliquo nisi per vehemētem icisionem. Destructio ergo cancri per medicinas locales est ipossibile. preterea si cācer destrueret per medicinas locales. tūc hoc esset per medicinas in quibus est resolutio: sicut dicit Aui. i sequēti pte. sed tūc hoc fieret: aut p medicinas resolutiuas fortes aut p medicinas resolutiuas debiles. sꝫ p debiles nō posset fieri: qꝛ medicie debiles nihil resoluerēt de mā cācri. Cum mā cancri sit grossa difficilis resolutōis. Similiter etiam per fortes resolutiuas non pōt fieri. qꝛ si tu administras in cancro medicinas fortes: tūc cuꝫ iste sint acute addit iflatio ipsius cancri: ⁊ tūc magis aduri: ⁊ per consequens auget malitia eius. ⁊ hoc est qd dicit Auicēna in sequēti parte. Quia id quod de medicis est forte addit cācro maliciam. ergo tūc non pōt destrui nec per medicinas fortes: cum augeāt malitiā ipsius: nec per debiles: cuꝫ nil resoluat de materia ipsius. Et hoc est quod addit Serapio capitulo de cācro. Et de natura huius egritudis est ꝙ per acuta medicamina inflammat ⁊ debilia in ipsa nihil agunt. ¶ Sic ergo tūc apparet ꝙ pma itentio est ipossibilis. Et hoc credo etiam qd sit intentio Auicēne. ⁊ credo ꝙ in parte sequenti itendit hoc ꝓbare sicut ibi videbit. lꝫ id non faciat manifeste: sed occulte. ¶ De secunda aūt itentione itellige ꝙ possibiles sunt vt ponūt omnes auctores: tamen sunt difficiles ⁊ non multum agiles. ¶ De quarta aūt itentione itellige quādo Auicēna dicit. ꝙ quarta itentio est curatio vlcerati ꝙ non itelligit Auicēna ꝙ quarta itentio sit curare cancrum vlceratū cum medicinis: ita ꝙ destruat totaliter: qꝛ hoc est ipossibile: imo est magis ipossibile ꝙ pma. Difficilius enim est curare cancrum vlceratum ꝙ non vlceratum. Sed intelligit Auicēna ꝙ quarta itentio est curatio vlcerati. i. administrare medicinas que valēt in cancro vlcerato non ad curandū ipsum oino: sed ad pseruandū ne plus vlceret. ⁊ hec itentio est etiā possibilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et in illis quibus queritur destructio cancri penitus itur versus illud in quo est resolutio eius quod collectum est de materia mala ⁊ expulsio eius quod preparatum est ad colligendum in membro de ea. ⁊ si fuerit vehementis virtutis ⁊ motionis: tunc dimittatur: nam illud quod de medicinis forte est addit cancro malitiam. ⁊ similiter oportet iterum vt alienentur in eis mordicatiua: ⁊ propter illud sunt medicine bone ei in mineralibus ablutis: sicut tutia abluta: ⁊ misceant cum ea qñqꝫ de oleis: sicut est oleum ro. ⁊ oleum de keiri.

¶ Jn parte ista Auicēna prosequitur predictas itentiones. Et diuiditur pars ista in partes quattuor. Jn pma parte ꝓsequitur pmam itentionem ostendendo vt mihi videtur ꝙ est impossibilis. Jn secūda parte ponit medicinas locales sm secundam intentionem. Jn tertia parte ponit medicinas locales sm tertiam intentionem. Jn quarta ponit medicinas locales sm intentionem quartam. secūda ibi. (Ad id vō quod prohibet additionem). tertia ibi. (Et illa quibus queritur prohibitio vlcerationis) quarta ibi. (De illis autem que in curatione vlcerati ⁊c.). Jn pma parte Auicēna intendit sic dicere ꝙ medicine quibus queritur destructio cancri penitus oportet vt sint resolutiue vt resoluant qd collectum est de materia in cancro. ⁊ sit etiam in eis quedam repercussio vt repellat id quod preparatuꝫ est venire ⁊ currere ad membrum. ⁊ ille medicine locales que sunt vehementis virtutis ⁊ motionis idest vehementer resolutiue oportet vt dimittantur. qꝛ medicina fortis addit cancro malitiam. Et similiter oportet vt dimittant medicine mordicatiue propter eandem causam: ergo medicine que debent admistrari in cācro ⁊ sunt bone ei sunt medicine debiles ⁊ lenes sicut sunt medicine facte ex mineralibus ablutis vt est tutia abluta mixta cum oleo rosato vel cū oleo de keyri. sꝫ supple ille medicine nihil agunt in cancro ad resolutionem ⁊ destructionem ipsius. immo solum preseruant ipsum vt non augeatur. ergo cum medicine fortes non possint admistrari in cancro ⁊ debiles nihil agunt in ipso quantum ad destructionem. est ergo pma intentio impossibilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad illud vō quod prohibet additionem peruenitur cum abscissione materiei ⁊ refectione cibi ⁊ confortatione membri ⁊ cum medicinis repercussiuis noris. ⁊ administratione linimentorum mineralium: sicut linimentū fricationis lapidis molendini ⁊ lapidis cotis: ⁊ sicut linimentum factum ex fricatione eius quod resoluitur inter tabulam ⁊ manichain de plumbo in humiditate effusa super tabulam que est sicut oleum rosaceum: ⁊ sicut aqua coriandri. ⁊ iterum emplastratio cum agresta trita est bona iuuatiua.

¶ Jn ista parte Auicēna ponit medicinas locales sm itentionem secūdam que est prohibitio additionis cancri. Dicit ergo. Ad id vero quod prohibet additioneꝫ cancri peruenitur ⁊c. Et admistrationes linimētoꝝ mineraliū idest que sunt facta ex mineralibus sicut est tutia et plumbum vstum litargirum cerusa climia antimoniuꝫ ⁊ similia. Et itellige ꝙ omnia ista mineralia que hic ponuntur in medicinis cancri debent abluta esse vt nō mordicēt. eo ꝙ mordicatiua addunt cancro malitiam. vt supra dictum esset sicut linimentum fricationis lapidis molendini ⁊ lapidis cotis. ¶ Linimentum fricationis lapidis molendini est vnguentum quod fit quando voluitur rota ex fricatione ferrorum que sunt in ea iniecto ibi oleo. ¶ Linimentum fricationis lapidis cotis est linimentum quod colligitur i truco vbi acuuntur ferramenta in domo fabroꝝ. aliud qd dicit patet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et illa quibus queritur prohibitio vlceratio nis sunt linimēta predicta ad ꝓhibendam additionem cū non fuerit in eis mordicatio: omnia enim ea sunt iuuatiua ⁊ ꝓprie quando miscent̄ cum fricatione predicta que fit ex pistello ⁊ tabulis plūbeis: quādo est confricata terra sigillata aut bolum armenum: aut oleum antiquū: ⁊ aqua sempuiue ⁊ cerusa cum succo lactuce: aut mucillagine psilij ⁊ cerusa ⁊ plumbo: q̄m est compositio bona. Et de eis que sunt iuuatiua est emplastratio cum cācris fluuialib⁹ recentibus ⁊ ꝓprie cum climia.

¶ Hic Aui. ponit medicinas s̄m tertiā intentionē; ⁊ patet qḋ dicit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De illis autem que in curatione vlcerati sunt bona est vt assiduet̄ pānus lini infusus in aqua solatri super eum: ⁊ quotiēs fortasse exiccatur madefiat desup cum aqua eius: aut sumat̄ medulle tritici: ⁊ olibani ⁊ ceruse de plūbo oium pōdus. ʒ. i. ⁊ terre sigillate ⁊ boli armēi ⁊ aloes abluti omniū añ. ʒ. ij. aggregent̄ ista ⁊ terant̄. ⁊ administrentur super humidum pulueres ⁊ super siccum emplastrum factū cum oleo ros̄. Et quādoq; confert eis cinis cancri cum cerato cum oleo ros̄. ⁊ melius eo est cui admixtū; est equale ei de climia: ⁊ quādoq; confert i eo medicamen de tutia: aut tutia abluta cū; aqua portulace: aut mucillagine psilij.

¶ Inq̄t hyp. Cū egrediī zirbus ventris in vul nere. necē est vt putrefiat qd̄ de eo egrediī q̄ nis moreī tp̄e paruo. ⁊ ē in hoc vehementi⁹ q̄ itestina ⁊ epar: qm̄ itestina ⁊ extremitates epa tis si nō remanēt exteri⁹ spacio lōgo donec ifri gidēt valde vehemēter. tūc cū igrediunī ven trem. ⁊ icarnaī vuln⁹ redeūt ad nās suas. zirb⁹ vero lꝫ moreī tp̄e paruo: tm̄ necē ē vt qd̄ ex eo qd̄ app̄ꝫ igreditur vētrē putrefiat. Et ꝓpter il lud ꝓperāt medici in icidēdo ipm: ⁊ nō intro mittūt qd̄ de ipso apparet in ventrem. q̄ si iue niatur in zirbo diuersoꝝ ab hoc illud est valde paruū ⁊ fortasse nō iuenitur.

¶ In q̄ parte Auic. postq̄ determinauit de cura vulneruꝫ vētris qñ ex ipsis egrediī itestinū. hic determinat de cura vulneꝝ vētris qñ ex ipsis egrediī zirb⁹. ⁊ vult dīc Aui. q̄ si zirb⁹ egrediī. ⁊ dato q̄ tp̄e p̄uo moreī extractū putrefiet ſꝫ q̄ dicit Hypocras. ⁊ hoc cognoscaī p viriditatē ⁊ nigre dinē ipsius. tūc ḡ medicus oꝫ icidere totū putrefactuꝫ. q̄ si reingredereī itus illa p̄s putrefacta: tūc totus zirb⁹ pu trefieret. ⁊ iō festinādū ē: vt cito abscindaī quod de eo fa ctuꝫ ē viride vel nigrū. oꝫ tūc p̄us ligari cū filo in fine lo ci sani ſm q̄ dicit Albucasis eo q̄ in ipso sunt vene ⁊ arta rie ex q̄bus cōsequereī fluxus sanguis si nō ligareī. ⁊ tūc icisa tali parte zirbi suaī vulnus ⁊ extremitates fili zirbi

extra vuln⁹ dependeãt: vt postea remota tali pte putrefacta extrahaẽ. Hoc ẽ qd̃ itẽdit h̃ Auic. Tũc seq̄t illa ps.

¶ Et si egredit̃ aliqd de zirbo tũc necesse est tibi vt scias an oporteat icidi an non: ⁊ an oporteat sui vulnus an nõ: ⁊ qualr̃ suat̃. Nã si vulnus cadat in alnourati ⁊ ẽ mediũ ventris: tunc est pluris timoris: qm̃ sunt extremitates lacertoꝝ cooperte super ventrẽ. Si fuerit in illis ⁊ sunt a duobus laterib⁹ medij ventris a dextra ⁊ sinistra q̃si quatuor digitis. tunc est saluior: qm̃ nõ est in eo aliqd de extremitatib⁹ lacertorum neruosoꝝ. loci vo alnourati sutura iterũ est difficilis. ⁊ illud iõ quoniã itestina eminent ⁊ egrediuntur a disruptione que ẽ in hoc loco: ⁊ reditus eorum in hoc loco est difficilis. ⁊ illud qꝛ illud qd̃ plicat ea itentione eoꝝ est duo lacerti ꝓtensi in lõgitudine ventris carnosi qui descẽdũt ex pectore ad rachaba: ⁊ est os pectinis. Et ꝓpter illud q̃n cadit vulnus in hoc loco icidunt hos lacertos. ⁊ ẽ eminẽtia intestini vehemẽtior. qm̃ lacerti qui⁹ sunt in illo cõtinẽt ipsum: ⁊ nõ est ei in medio lacertus fortis retinens ipsum. Si aũt preparat̃ cũ hoc vt sit vulnus magnũ. tũc necesse est vt emineat ⁊ egrediatur ex eo neruus itestinoꝝ: ⁊ quare fit itromissio eorum difficilior.

¶ In ista parte Auic. repetit quedã supradicta: ⁊ patꝫ per ea que dicta sunt prius.

¶ Capitulũ Dini de vulneribus penetrãtibus in cõcauitate membrorum spiritualium.

Cum dictum fuerit prius q vulnerũ penetrãtiũ quedã sunt penetrãtia in ꝯcauitatẽ mẽbroꝝ nutritiuoꝝ: vt que fiũt in partib⁹ vẽtris ab vmblico infra: ⁊ parũ supra: quedã aũt sunt penetrãtia in concauitate mẽbroꝝ spiritualiũ: vt que fiũt in ptib⁹ pectoris vel toracis aut dorsi. cũ Auic. nõ determinet nisi de p̄mis vulnerib⁹ penetrãtibus ꝓpter cãm p̄dictam. idcirco nos q̃q̃ nõ spectet ad ꝓpositũ Auic. ad cõpletiorem tñ doctrinã cirugie de his vulnerib⁹ ⁊ cura ipsoꝝ aliqd capitulum breue extractũ ex dictis Auic. in 3°. ⁊ Albucasis ⁊ Gal. de igenio. ꝯstituemus. Dico ergo. si accidit tale vuln⁹: tunc signũ eius ẽ fm̃ q dicit Albucasis cap°. de curatiõe vulnerum q ex vulnere egredit̃ vẽtositas q̃n ifirmus anhelat vel tussit. imo aliq̃n egreditur tãta vẽtositas q extinguit candelã accẽsam. ⁊ tũc vt dicit Albucasis q̃n ex vulnere egredit̃ vẽtositas scias q tale vulnus ẽ mortale. dicit enĩ Ypo. sexta ꝑticula affoꝛismoꝝ. vesicã hr̃e icisam aut cerebrum aut cor aut dyafragma ⁊c̃. mortale. nõ aũt est itelligendũ q̃n dicit ipꝫ eẽ mortale. qꝛ oẽs inde moriant̃: ⁊ nullus euadat: sꝫ qꝛ plurimũ inde moriunt̃. aliqui tñ possunt euadere fm̃ q ibidẽ ponit signa huius Albucasis.

¶ Cura ipsoꝝ vulnerum fm̃ Dinum.

Intentio aũt curationis huius vulneris est duplex. vna est vlis. altera vo particularis. Uniuersalis aũt itẽtio ẽ circa euacuationẽ toti⁹ corporis: ⁊ diuersionẽ totius fluxus humoꝝ ad locũ: vt statim fiat flobotomia ex vena cõmuni ex parte diuersa nisi aliqd impediat ⁊ fiãt cristeria aut suppositoria q̃ deriuẽt mãꝫ a pte patiẽte ad īferiora: ⁊ fiãt fricationes ⁊ stricture dolorose in brachys ⁊ crurib⁹. Particularis aũt intẽtio ẽ circa vulnus. si g̃ tale vulnus ẽ recẽs cũ sanguine suo. tũc q̃tuꝫ ẽ ex parte vulneris talis vñ ẽ statĩ ꝯpeteret icarnatio ⁊ sutio. sꝫ impedit h̃ ex accñti. Dicit. n. Albucasis q nõ oꝫ vt ponas in co p⁹ hora puluerẽ q ꝯstringat ⁊ sanguinẽ refrenat vt non retineat̃ sanguis in ꝓfũditate corpis: ⁊ reuertat̃ ad cor: ⁊ cõgelet̃ ⁊ iterficiat ifirmũ suffocãdo ipm̃. Sꝫ si securi eẽm⁹ q sanguis nõ remaneret: sueremus ipm̃ p̄ma hora: ⁊ ꝯsolidarem⁹. qꝛ g̃ de h̃ securi nõ sum⁹ ex q põt seq mors ifirmi idcirco p̄ma hora q̃ venit ad te talis vulnerat⁹ reclinãdũ ẽ p pedes: vt sanguis q in ꝓfunditate iuit. exeat ⁊ pone in orificio vulneris itus fm̃ q dic̃ Albucasis. vnguẽtũ attractiuũ qd̃ attrahat ⁊ mũdificet sãguinẽ ꝯgelatũ iteri⁹. tale aũt ẽ sic gluten albotim vel mel qd̃ melius ẽ: ⁊ fiat empla exteri⁹ vsq; ad aliquos dies mitigãtia dolorẽ: ⁊ dissoluentia sanguinẽ ꝯgelatũ: vt empl̃m ex absinthio ⁊ calamẽto ⁊ farina ordei ⁊ fenugreci coctis in vino cũ melle ⁊ cribratura furfuris. ⁊ ꝓhibeat̃ assiduatio mollificatiuoꝝ ne liq̃ditas aggreget̃ in ꝓfũdo. qꝛ h⁹ vulnera sunt difficilis cõsolidatiõis pp ꝓfunditatẽ ipsoꝝ occultã. ⁊ iõ idigẽt fm̃ q dic̃ Gal. medicinis multũ exiccatiuis cũ medicis exteriorib⁹ ⁊ ẽt iteriorib⁹. ⁊ si vnguẽtũ nõ sit tibi p̄ns: tũc vt dicit Albucasis pone sup ipm̃ cotũ vetustũ vel licinia vt sugat qd̃ egredit̃ ex eo d̃ huiditatib⁹: ⁊ hẽant licinia q̃ imittunt̃ in talib⁹ vulnerib⁹ suspẽsoria vel capita eoꝝ sint grossiora q̃ orificiũ. ita q ex ꝯpssione ligature in ꝓfũditate ire non possint: qm̃ hec ẽ cã putrefactõis. Et pcipe ifirmo: vt dicit Albucasis ⁊ Auic. in 3°: vt iaceat sup lat⁹ ifirmũ ⁊ tussiat ⁊ ꝯmoueat̃ aliq̃ motu vt egrediat̃ qd̃ ex eo aggregat̃ de huiditatib⁹. Interi⁹ aũt p os dent̃ in p̄n° medicine resoluẽtes sanguinẽ cõgelatũ in iteriorib⁹ ⁊ ꝯsolidãtes q̃ sciunt̃ ex ꝓprijs caplis. Si g̃ tũc vt dic̃ Albuc. vulnera ptrãseũt tres dies aut plures: nec accidit spasm⁹ nec tremor cordis malus. nec strictura in ãhelitu. ⁊ vides reliq̃s ei⁹ dispõnes bonas scias q vuln⁹ ẽ saluũ. Cura g̃ ipm̃ cũ licinijs ⁊ vnguẽtis donec sanet̃. ⁊ h̃ ẽ fm̃ modũ quẽ Auic. ponit in 3° ca° d̃ cura vulneꝝ pectoris. qꝛ q̃n ẽ ibi putredo ⁊ sanies. tũc inicianẽ in eis medicie lauatiue ⁊ abstersiue sic ẽ mellicratũ aut oxizacbara. ⁊ si vis plus mũdificare ⁊ lauare fiat decoctio yreos aristologie ⁊ ysopi in q̃ decoctiõe distẽperetur mel. Et q̃nq; vt dic̃ Auic. in 3°. ẽ necẽm: vt post imissionẽ aq̃ mellis fiat egredi sanies cũ instro attrahẽdi saniẽ. s. cũ camilla p quã sugat̃ sanies: cũ aũt mũdificat⁹ est loc⁹ a sanie ⁊ speram⁹ q ñ remãsit ibi ex eo aliqd. tũc inyciant̃ medicine ꝯsolidatiue q̃lia sunt desiccatiua stiptica: vt ẽ decoctio balaustiaꝝ: sumac aluminis rosaꝝ ⁊ silium: in q̃ decoctiõe ponat̃ ẽt mel medicie ẽt ex pte iteriori administretur sili mõ sicut exteriores. qꝛ q̃n tussiũt ⁊ oꝫ mũdificare: tũc dent̃ electuaria ⁊ loc mũdificatiua. vñ tũc bona sunt dyapenidion dyaireos dyadragãtũ. dyacalamẽtũ ⁊ silia cũ decoctiõe ysopi riglitie passulaꝝ ficuũ capilli veneris ⁊ similiũ. Si ãt nõ tussit ⁊ sanies ẽ mũdificata: tũc dent̃ res stiptice ꝯsolidantes: vt terra sigillata cũ succo citonioꝝ ⁊ sumac ⁊ ypoq̄stidos ⁊ balaustia ⁊ silia. h⁹. n. stiptica oibus vulnerib⁹ penetrãtib⁹ maximũ p̄bẽt adiutoriũ. qꝛ sanãt ⁊ ꝯsolidãt ea a pte iteriori. Dic̃. n. Gal. 4. de igenio. Que igr̃ iuuãt iteriora vl̃nera ꝑter nullũ nocumẽtũ erũt sic yposq̄stidos balaustia flos maloꝝ granatorũ galla. cortex maloꝝ granatoꝝ: terra sigillata senina. i. lutũ stellaꝝ succ⁹ sumac aq̃ rof. acatia ⁊ silia. hec oĩa iuuatiua sũt vulneꝝ q̃ fiũt in vẽtre. i. ꝯcauitate iteriori ꝑter vllũ nocumẽtũ. oꝫ q̃ꝫ ea dari cũ aq̃ in q̃ cocta sunt stiptica. sicut coctana ⁊ rami arboris masticis lupilli extremitates vitis aut mirt⁹: aut donẽtur cũ potib⁹ stipticis ⁊c̃. ¶ Et scias q in medicinis taliũ vulneꝝ. siue ponant̃ extra: siue sumant̃ itus optimũ ẽ po-

nere mel: qm̄ vt dicit Auic. in. 3°. in mūdificatiuis ꝛ abstersiuis taliū vulneꝝ nō ē aliqd sic mel. ipm̄. n. ē mūdificatiuum ꝛ desiccatiuū: ꝛ cū hoc ē cib⁹ dilectus a nā. ¶ Dieta aūt istoꝝ vulneratoꝝ sit talis. qꝛ vsq̄ ad septimū diē vtātur dieta tenui ꝛ caueant̄ vinū ꝛ caro. ꝛ hoc ꝓpter timorē apatis. post septimū aūt pōt ꝯcedi: ꝛ sicut ēt cibi ꝛ pocula ꝯuenētia cū hoc vtutez medicine: vt. s. qn̄ ē tp̄s mūdificādi tūc vt Gal. dicit den̄t ea q̄ sunt excolatiua. Si aūt est tp̄s ꝯsolidādi: nece ē vt cibaria ꝛ pocula sint stiptica. Si autē vt dicit Albucasis tale vuln⁹ plōgat̄ ad sanādū. ꝛ semper aperit̄. tūc scias ꝙ iā factū ē fistula: ꝛ est ex eis q̄ raro recipiūt ꝯsolidatōez. Cura ḡ ipsam ex cap̄lo suo. i. ex ags q̄ fortius mūdificāt ꝛ forti⁹ desiccāt. Caue tn̄ ne vt dicit Gal. ꝛ ēt Auic. in h. 4°. lib. de cura vlceꝝ ne mūdifices ea cū acuto medicamine: vt ē flos eris ꝛ silia: qm̄ patiēs ꝓculdubio moreret̄. h̄ igr̄ ď vulnerib⁹ tāta sunt dcā icidēter ꝛc̄.

¶ De qualitate ligādi vulnera. CAP. VIII.

Ulnera aūt ꝛ fissura apparētia cū vis vt icarnent̄. tunc fac illud qḋ dixit sapiens de illis qui sunt hui⁹ artis. Inquit. Cū vis vt icarnet̄ huiusmodi fissura. tūc adhere ei ligaturā icipiētem ex duob⁹ capitib⁹ nō aliā de ligaturis. Et si fuerit magna erit tibi necessariū vt adherere ei facias puluillos triāgulatos. Et si fuerit locus declinis idiget sutura etiā. Et puluilli quidē triāgulati meliores sunt in aggregādo labia vlcerū q̄ȝ quadrati: quoniā coartant super fissuram tantum. Et situs puluilloꝝ triangulatoꝝ est ſm hoc exemplū. linea recta iter duos puluillos sit fissura: ꝛ duoꝝ puluilloꝝ triāgulatorū vnus sit b. ꝛ alter g. decēter ꝯpositi ſm figurā quā vides. Cū ergo ligat̄ loc⁹ iste ꝛ cadit ligamen duoꝝ capitū est ligamē tenēs sup locū fissure vehemētis q̄ȝ si fuerit q̄drati. Et nō lȝ vt n̄ sit i applicatōe vlceꝝ ligamē n̄ hn̄s duo capita: ꝛ isti sūt puluilli triāgulati ꝛ figura stringēdi.

¶ In isto cap°. Auic. qꝛ in vulnerib⁹ ad ꝯsolidatiōez ꝛ icarnatōem ē maxie necīa ligatura. ꝛ aliqn̄ ꝓter hoc oȝ sui: determinat de q̄litate ꝛ mō ligādi vulnera. ꝛ etiaȝ de sutura ondēdo vbi maxie ꝯpetit. cū hoc ēt itromiscēdo q̄dā alia. Et vt reducant̄ ad ordinē meliori mō q̄ pōt dcā Aui. possum⁹ dr̄e ꝙ istud cap̄lm diuidit̄ p̄ in ꝑtes q̄tuor. In p̄° ꝑte determinat Auic. de modis ligature vulneꝝ. In 2ª parte determinat de sutura vulnerū ondēdo vbi maxie ꝯpetit sutura: ꝛ vbi sufficit sola ligatura. In 3ª ꝑte qꝛ sūt q̄dā vulnera q̄ idigēt vt scindant̄ ꝛ discooꝑiant̄ cū sectōe: ꝛ nō pōt icarnari eaȝ ligatura. ondit q̄ sint talia vulnera in qb⁹ opȝ hec fieri. In q̄rta ꝑte ipse repetit sub epilogo gn̄ali in qb⁹ vulnerib⁹ sufficit ligatura. ꝛ in qb⁹ nō: sȝ vltra h̄ oȝ administrare suturā ꝛ puluillos triāgulatos. 2ª ibi (Et cū cadit vuln⁹ in lōgitudine) 3ª ibi (Inqt qn̄ fuerit necium nob) 4ª ibi (Et scias ꝙ sutura ꝛc̄.) Prima ps vt mihi vr̄ pōt diuidi in tres ꝑtes. nā cum sit modus triplex ligature ſm ꝙ Auic. dixit prus in cap°. de vulnerib⁹. Prim⁹ modus fit ad icarnādū labia vulneris. Scd̄s modus fit ad exprimēdū sordiciē ꝛ būiditatez ex vulnere. Terti⁹ modus fit solū cā retinēdi medicamina sup vuln⁹. Prio ḡ Auic. ponit p̄mū modū ligature ondēdo quō fit: ꝛ in qb⁹ vulnerib⁹. ꝛ cuȝ h̄ ēt facit aliq̄ȝ mētiōez de sutura. 2° Auic. inuit 2ᵐ moduȝ ligature. ondēdo in qb⁹ vulnerib⁹ ꝯpetit talis modus. 3° inuit tertiū modum cā retinēdi medicamina sup vulnus ondēdo in qb⁹ vulnerib⁹ ꝯpetit talis modus: ꝛ nō illi duo modi p̄mi. 2ª ibi (Et dr̄ in li°. de igenio) 3ª ibi (Inqt ille q iā vidit) Dicit ḡ p̄. vulnera āt ꝛ fissura ꝛc̄. ꝙ dixit sapiēs. i. Ga. de igenio sanitatis. tūc adherere ei ligaturā icipiētem ex duobus capitib⁹. ligatura duorum capituȝ dr̄ quando vulnus ꝑ fassiam in media ꝑte stringit̄: ꝛ vnumq̄dq̄ duorum capitū fassie siue sit vna siue sint due tendit v̄sus extremitatē vnā: alteꝝ v̄sus extremitatē alterā nō aliā ď ligaturis. i. n̄ adhereas aliū modū ligature q̄ȝ istū. Et rō h⁹ ē. qꝛ p̄ ceteris ligaturis hec magis valȝ ad icarnādū. qꝛ qn̄ talis ligatio fit icipiēs duob⁹ ex capitib⁹: tūc q̄libet ps illorū capitū extēdit vnū labiū v̄sus alteruȝ. ꝛ ꝯnectit illi. et ista ligatura ſm plurimuȝ in vulnerib⁹ ꝑuis ē sufficiēs ad icarnādū absq̄ alio. Et si fuerit magna. s. scissura nece est vt adherere ei facias puluillos. i. pumazolos triāgulatos: ꝛ h̄ ē iō vt ligamē trāsiēs sup puluillos vtriusq̄ labij ꝯprimat vehemēti⁹ ꝑ illos labia: ꝛ coerceat in vnum. Et si fuerit loc⁹ declinus. h̄ est dr̄e ꝙ si vna ps vulneris vehementer decliner ꝛ elōget̄ ab alia: tūc vltra h̄ qḋ dcm̄ ē indigebit ēt sutura. Et puluilli q̄dē triāgulati ꝛc̄. Et sit⁹ q̄dē puluilloꝝ triāgulatoꝝ ē ſm hoc exēpluȝ. s. qḋ vides a latere. qꝛ ita stat in li°. Auic. qꝛ duo anguli taliū puluilloꝝ debēt applicari duob⁹ labijs vulneris. terti⁹ aūt āgulus oȝ eē iferi⁹. ꝛ h̄ iō vt ligamē trāsiens sup tales puluillos ipellat vnā ꝛ aliā ligaturaȝ ꝓtēsam ab vno anguloꝝ ad duos superiores. talis aūt ipulsio ꝛ coartatio labioꝝ vulneris nō eēt eq̄ bōa nec ita firma si fieret trāsit⁹ ligaminis sup puluillos q̄dratos. ꝛ rō ē. qꝛ ipulsio ꝓcedēs ab vno āgulo fortior ē q̄ȝ a duob⁹. qꝛ ē magis iūcta. oīs. n. v̄tus iūcta fortior ē q̄ȝ dispsa. h̄ est ḡ qḋ Auic. dicit de hac ligatura. ¶ Sȝ vltra hec debem⁹ itelligere de mō stringēdi in tali ligatura ꝙ apud vulneris orificiū oȝ eē decēter stricta ꝛ ꝯplicata vt bona fiat expssio sanguis supflui ꝛ būiditatuȝ aliaꝝ a vulnere v̄sus alias ꝑtes. q̄ȝto aūt a vulnere talis ligatura magis elōgat̄ tāto magis relaxet̄. Iteꝝ ēt cauendū est vt dicit Ga. in de igenio. ne talis ligatura sit ex veteri pāno ꝛ laxo. aut sit ex aspero ꝛ valde ꝯstricta. p̄ma. n. nō bn̄ sustineret vuln⁹ vt solidari possit. 2ª āt dolorē gnāt q̄ ē cā apatis. oȝ. n. eē media iter illa. Tūc seq̄t̄ illa ps.

¶ Et dr̄ in lib. ď igenio sanitatis. Quidā hō habuit vuln⁹ cui⁹ ꝓfundū erat ꝓximū iguinib⁹: ꝛ ipsi⁹ orificiuȝ ꝓximū genu ꝛ sanauim⁹ ipm̄ sine ꝑforatiōe penit⁹. ita ꝙ posuimus sub genu ei⁹ puluillos. ꝛ p̄parauim⁹ ipm̄ tal'r ꝙ factum est orificium eius directum cum facilitate. ꝛ similiter fecim⁹ de vulnere quod fuit in coxa ꝛ brachio: ꝛ sanata sunt omnia.

¶ In q̄ ꝑte Auic. inuit 2ᵐ modū ligature q̄ fit ad exprimēdū sordiciē ꝛ būiditatez ex vulnere. Dico āt ꝙ inuit eo ꝙ ipȝ expsse nō ponit: sȝ ponit q̄ddā exēplū vulneris in q̄ ꝯpetit modus ligādi. recitat. n. de quodaȝ hoīe ſm qḋ dicit Ga. de igenio q habuit vuln⁹: cui⁹ ꝓfundū erat ꝓximū genu: ꝛ ei⁹ orificiū ꝓximū iguinib⁹. ꝛ dicit ꝙ sanauit ipm̄ sine ꝑforatiōe. hoc āt fuit ꝑꝑ p̄paratōez sit⁹ mēbri ꝛ ꝑꝑ ligaturā ꝛ ꝑꝑ p̄paratōem sit⁹ mēbri. qꝛ posuit sub genu ei⁹ puluillos. ita ꝙ factū ē orificiū ei⁹ iferi⁹ ꝛ ꝓfūdū supius. cuȝ ligatura āt. qꝛ in tali vulnere nō ꝯpetit ligatura p̄dicta. c⁹ strictura ē maior apud orificiū. Si aūt h̄ fieret h. tūc retinerent̄ ibi sordes ꝛ būiditates q̄ cā putrefactōis ꝛ ꝯcauatōis eēnt: sȝ ꝯpetit ibi modus ligature q ē ad exprimēduȝ būiditates ꝛ saniē q̄ retinent̄ in vulnere ꝑꝑ ꝓfūditatem ipi⁹: ꝛ hec ligatura fit ꝯrio mō p̄dicte: nā talis ligatura oȝ eē stricta apud radicē vlceris. mollis āt apud orificiū ei⁹:

vt ex vehemẽtia ↄstrictõis ipsi⁹ apud ꝓfunditatẽ vulneris: ⁊ ex relaxatiõe in orificio virus ⁊ sanies ad exteriora ꝓfluãt: ⁊ hec ligatura nõ fit nisi in vulnerib⁹ ⁊ vlceribus ꝓfundis in qbus timet̃ ne virus ⁊ sanies aggregentur in parte interiori. Deinde cũ dicit.

¶ Inqt ille qui iã ꝑuidit in experiẽtia. Scias q̃ vulnera idigẽt vt fiat sanies si poss̃e ẽ ei itus ad hoc vt penetrẽt cũ ea reliq̃ que sunt illic meliora ⁊ velocioris alterationis.

¶ In ista pte Auic. inuit 3ᵐ modũ ligature q cõpetit in vulnerib⁹. ⁊ h₃ hec ps q̃tuor ocã f₃ q̃ ponit q̃tuor modos vulnerũ in qb⁹ nõ ↄpetũt ꝑdicti modi ligature. s₃ ↄpetit in eis terti⁹ modus. 2ᵃ ibi (Uulnera disrupta) 3ᵃ ibi (Aut fuerit lacert⁹) 4ᵃ ibi (Inqt. ⁊ silr) Dicit ĝ ꝑ. Inqt ille ⁊c. scias q̃ vulnera idigẽt vt fiat sanies ⁊c. videte si ista lra itelligat̃ vt vba ei⁹ supficialr sonare videñt sine dubio falsa ẽ. Dicere. n. absolute. scias q̃ vulnera idigẽt vt fiat sanies. illõ nõ est verũ. q: vulnera simplicia idigẽt vt in eis nõ fiat sanies. q: si in eis fiat sanies. tũc desperam⁹ de icarnatione eoꝝ: ⁊ o₃ ea ampli⁹ curare vt vlcera. ¶ S₃ vr̃ mihi q̃ possit sic itelligi. ⁊ ↄstruat̃ sic lra. Scias q̃ vulnera si poss̃e est eis itus. i. si necitas ẽ eis itus indigẽt: vt fiat sanies in eis. ẽ at̃ neće facere saniẽ in eis nõ semp s₃ qñ. s. cũ eis associatur ↄtusio. aut qñ remanẽt ibi hũores itus. q: sanguis nõ ꝑfecte manauerit ex vulnere eo q̃ caro cõtusa vt dic̃ Ga. 4°. de igenio sanitatis. neće ẽ vt putrefiat ⁊ in saniẽ ↄuertat̃. ⁊ tũc Auic. dat cãm q̃re neće ẽ saniẽ facere dicẽs. Ad h vt cũ ea. i. cũ sanie penetrẽt reliq̃ q̃ illic sũt meliora ⁊ velocioris alteratõis sil̃. hoc ẽ dr̃e q̃ op₃ facere saniẽ: vt per saniẽ ea q̃ sũt ibi. s. tumor ⁊ dolor alterent̃ velocius ⁊ recedãt citius cũ ea. Dic̃. n. Gal. 4. de ingenio. S₃ si ictus carnẽ ↄtuserit o₃ vt saniẽ festinãter faciam⁹. na₃ si sanies colerič ĝnat̃. timor erit minor. ita ĝ vr̃ mihi q̃ itelligat̃ ista lra ad h vt debeat eẽ v̓a salua meliori sentẽtia. ¶ S₃ tũc dico vlteri⁹ q̃ h Auicẽ. inuit tertiũ modũ ligature. q: i tali casu nõ ↄpetũt alij modi ligãdi ꝑdicti: s₃ solũ cõpetit ligatura q̃ ẽ ad retinẽdũ ꝑulullos ⁊ medicina₃ vsq₃ ad tp̃s alteri⁹ mutatõis. ⁊ talis ẽ terti⁹ modus ligature. ⁊ ppterea dixi in diuidẽdo q̃ hic Auic. ponebat vnũ modũ vulnerũ in qbus competit tertius modus ligature. ⁊ in h inuebat tertiũ modũ ligature. Deinde cũ dicit.

¶ Similr̃ vulnera disrupta elõgatorum labiorũ egẽt vt aggregent̃ cũ ligamẽto aggregãte labia coꝝ nisi fuerit sup ea ex illo dolor: aut fuerit apostemosa: quonia₃ dolent ꝑpter illud q̃uis sit cum facilitate.

¶ Auic. ponit aliũ modũ vulneꝝ in qb⁹ nõ ↄpetũt alij duo modi ꝑdicti ligature: s₃ ↄpetit ꝑdictis terti⁹ modus dicẽs. vulnera disrupta ⁊c. nisi fuerit dolor aut fuerit apo͛sa: qm̃ dolẽt pp illud. i. pp ligaturã: q̃uis ẽt fit cũ facilitate. s. ligatura. q̃si velit dicere Auic. q̃ qñ vulnera sũt dolorosa aut apo͛sa nõ debem⁹ ea ligare fortiter sicut fit i ꝑ ⁊ scdo mõ ligature: s₃ solũ debem⁹ ligare ad retẽtiõem medicaminu₃ cũ maiori facilitate q̃ possum⁹. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Aut fuerit lacert⁹ q sit disruptus in latitudie. quonia₃ tũc nõ aggregat̃: imo ponat̃ in medio liciniu₃ timẽdo ne icarnetur cutis: ⁊ remaneat lacertus non incarnatus.

¶ Dic Auic. ponit aliũ modũ vulneꝝ in qb⁹ nõ ↄpetũt ꝑdicti modi ligature: sed terti⁹ modus. ⁊ dicit. aut fuerit lacert⁹ q sit disrupt⁹ in latitudine sup. tũc nõ cõpetit ligatura q̃ ẽ ad icarnãdũ: qm̃ nõ aggregat̃. sn̄ sui pte iteriori. i. mo o₃ vt ponat̃ in medio. s. vulneris liciniũ timẽdo. s. q̃ la carnet̃ cutis: ⁊ remaneat lacert⁹ nõ icarnatus. q̃re fiat intus sanies nõ hñs respiraculũ. ⁊ o₃ iterũ postea disrũpi. in tali ĝ casu ñ ↄpetit ligatura ad icarnãdũ: s₃ solu₃ ligatura q̃ ẽ potẽs tm̃ retiere medicinã supvuln⁹. Deiñ cũ dic̃.

¶ Inqt. Et similr̃ qñ findim⁹ cutẽ capitis ponimus iter labia aliqd q̃õ ipleat ea. fortasse cu₃ contrahitur cutis labioꝝ ad iteriora vulneris. quare neće est tũc vt coneris cu₃ ligamẽtis: vt trahas eam ad exteriora.

¶ Auic. ponit aliũ modũ vulneꝝ in qb⁹ nõ ↄpetit ligatura q̃ ẽ ad icarnãdũ: s₃ solũ illa q̃ ad retinẽdũ ẽ medicinas super vuln⁹. ⁊ dic̃ q̃ silr̃ qñ scindimus cutem capitis nõ ponim⁹ ibi ligaturã ad icarnãdu₃: nec suim⁹: sicut fit in alijs vulnerib⁹. s₃ ponim⁹ inter labia vulneris liciniũ q̃õ ipleat ea. ⁊ dat cãm huius Aui. q: in tali vulnere capitis ↄhit̃ cutis labioꝝ ad iteriora. q: replicant̃ labia vulneris iterius. ⁊ iõ neće ẽ vt trahamus ea ad exteriora cũ ligamẽtis. ⁊ h fit ponẽdo licinia iter labia q̃ eleuẽt ea ad exteriora. ⁊ ponẽdo ligaturã q̃ retieat illa licinia ⁊ nõ aliã ligaturã. Sic ĝ videte in isto casu: ⁊ in ꝑdictis casibus vt. s. qñ ẽ vuln⁹ cõtusu₃ aut dolorosum aut apo͛su₃: aut qñ ẽ disrupt⁹ lacert⁹ in latitudine. aut qñ ẽ vuln⁹ in capite ñ ↄpetit ligatura q̃ ẽ ad icarnãdũ: s₃ solũ ↄpetit in eis terti⁹ mod⁹ ligature. s. ligatura q̃ sit sufficiẽs ⁊ potẽs retiere medicamĩa sup vuln⁹.

¶ S₃ intellige vlterius de vulnere capitis q̃ in vulnere capitis nõ o₃ ꝑcedere cũ ligatura icarnãdo ⁊ suẽdo maxime si vulnus capitis attingat os vel sit fractura in osse q̃ oporteat radi aut eradicari. s₃ tũc ẽt maxime fit illa replicatio labioꝝ ad iteriora quã dicit Auic. s₃ si vuln⁹ capitis nõ ptingat ad os. tũc nil ꝓhib₃ qn icarnemus ⁊ suamus vt alia vulnera s̃m q̃ Albuc. ponit in ca°. ð vulneribus. ⁊ h ẽt Aui. dic̃ in ca°. de fractura cranei f₃ q̃ ibi appebit: qm̃ id cap̃s₃ deo dãte exponemus. ⁊ pp h Auic. dixit. fortasse. n. ↄhit̃ ⁊c. ⁊ nõ dixit absolute s₃ fortasse. Uerũ ẽ tñ q̃ medici hodie cõiter in vulnere capitis q̃uocũq₃ sit: siue ꝑuũ siue magnũ: siue ptigat os siue nõ: nũq̃ suũt nec curãt ea: vt vulnera simplicia timẽdo de if̃amia vulgariu₃ si aliqd inde accideret. Tũc seq̃t̃ illa pars.

¶ Et cũ cadit vulnus in lõgitudine. tũc ligamẽ sufficit ⁊ aggregat ipsam decẽter. ⁊ cu₃ fuerit in latitudine idiget vt suat̃: ⁊ s̃m mẽsuram ꝓfunditatis vulneris erit profunditas suture dignior ex additiõe anatomie.

¶ In q̃ pte Auicẽ. postq̃ determinauit de modis ligature vulneꝝ. h determiat de sutura. oñdit. n. vbi sufficit sola ligatura. ⁊ vbi ꝑter ligaturã o₃ facere suturã. ⁊ p₃ q̃õ dicit. Et cã q̃re vulnera q̃ sũt in latitudine idigẽt vt suant̃ plus q̃ illa q̃ sũt in lõgitudine: ẽ. q: in vulnerib⁹ q̃ fiũt in latitudine vna ps declinat ⁊ sepat̃ magis ab alia eo q̃ ẽ s̃m ↄuetatẽ situs villoꝝ ⁊ rugarũ ⁊ s̃m mẽsurã ꝓfũditatis vulneris erit ꝓfunditas suture dignior ex additiõe anathomie. i. addito h q̃ scias anathomiã loci: vt. s. si eẽt ibi neru⁹ caue qñ ꝓfũdas suturã: vt nõ suas ipm ⁊ facias pũcturã. q: ĝnaret̃ morb⁹ peior pore. ð distãtia at̃ q̃ o₃ eẽ iter duo pũcta: ⁊ de filo q̃le o₃ eẽ. ⁊ de h⁹ q̃ requnt̃ ad suturã. dcm̃ ẽ in cap°. ꝑdicto de vulneribus vẽtris. q: idẽ est iudiciũ q̃tũ ad h ibi ⁊ in alijs vulnerib⁹. Deiñ cũ dicit.

¶ Inqt. Qñ fuerit nobis necessariu₃: vt addamus in amplitudine vulneris cũ est strictu₃: ⁊ timuerim⁹ q̃ ꝑpter ꝓfunditatẽ eius icarnetur ei⁹ supi⁹. ⁊ nõ icarnet̃ ei⁹ ꝓfundũ: aut fuit mẽ

brũ vulneratũ in hora vulneris ſm figurã: qđ cũ redit ad eq̃litatẽ ſuã ñ ẽ poſſe vt currat ex eo ſanies: neq̃ vt igrediat̃ ipm medicina: ⁊ vt redeat ad ſuã figurã qñ egredit̃ ⁊ cõmonet dolorẽ aliũ: tũc nečce ẽ vt ſcindat̃ ſectõe ꝯueniẽti.

¶ In pte iſta Auicẽ. oñdit ꝙ in aliq̄b⁹ vulnerib⁹ idigemus aliq̄ñ ſectiõe ſicut ſunt vulnera ꝓfunda: quoꝝ orificiũ ẽ ſupi⁹ ⁊ fundũ inferi⁹: ⁊ pʒ qđ dicit. Deide cũ dicit.

¶ Et ſcias ſm ſũmã ꝙ vulnera q̃ ſunt in latitudine lacerti ſũt digniora: vt labia eoꝝ ſunt vehemẽtius clõgata: q̄ꝓpter ſunt faciẽtia maiorẽ neceſſitatẽ ad ꝑſcrutãdũ ſubtilr̃ in aggregãdo labia. ⁊ fortaſſe nõ erit excuſatio a ſutura ⁊ adminiſtratiõe puluilloꝝ triãgulatorũ: ⁊ ꝓprie ſi ceciderit in carne diminutio: nam cadens in lõgitudine minus eget illo.

¶ In pte iſta repetit ſub q̄daʒ epilogo gñali vbi magis cõpetit ligatura. ⁊ vbi ꝑter ligaturã ꝯpetit ſutura ẽt. ⁊ pʒ qđ dicit niſi ꝙ itelligas in illo vbo qđ dicis. Et ꝓpe ſi ceciderit in carne diminutio ꝙ nõ intelligit Aui. ꝙ ſit diminuta caro diminutõe multa ⁊ mãifeſta. q: tale vuln⁹ qđ ſic amiſit carnẽ nõ bʒ talẽ cañ. de ſutura: ſʒ itelligit Aui. ꝙ tanta ſit fcã diminutio carnis ꝙ nõ pp h ipediat̃ ſutura: ſic̃ qñ fcã eſt pauca diminutio carnis. mõ in tali vulnere in q̃ ſic fcã ẽ diminutio carnis maxime ꝯpetit ſutura ad aggregãdũ labia ei⁹. q: ſunt magis remota q̃ qñ nõ eſt ibi aliq̃ diminutio alicui⁹ carnis. ⁊ h itelligit Auic. ⁊c̃.

¶ Medicine incarnãtes vulnera. CAP. IX

Arũ medicinarũ virtutes iaʒ narrauimus ⁊ cõtinuatiõis eaꝝ locũ. ⁊ nõ dubitam⁹ qn ſit neceſſariũ vt puluis earum ſit minoris ꝟtutis q̃ illud qđ de eis fit cũ oleis ⁊ ceratis. Et nečitas q̄dem ꝑducẽs ad olea ⁊ cerata ẽ ꝓpterea ꝙ medicine ſicce: ⁊ ꝓprie que ſunt ſic̃ merdaſengi ⁊ reliq̃ mineirales nõ ſubmergunt̃ vſq̃ ad ꝓfundũ: ⁊ nõ penetrant in poros: cũ ergo ex eis fit ceratũ ad vltimũ ꝑuenire facit eas curſus olei ad locum quẽ volum⁹. Et iſte medicie icarnatiue ſũt ex mieralib⁹: ⁊ ſũt ex plãtis: ⁊ aialib⁹: ⁊ ex oĩ ſpẽ. ⁊ ſũt ex mieralib⁹ ſic̃ ceruſa ⁊ oleũ myrtinũ ⁊ cera. Et ex plãtis folia ſic̃ folia q̃rc⁹ maſcule ẽplata ⁊ folia ſalicis ⁊ folia caul ⁊ folia arboꝝ malorũ ⁊ corteꝝ palme. ⁊ folia arnogloſſe ⁊ ſpũ infuſum in aceto: aut aliq̃tulo vini: ⁊ ꝓprie quãdo miſcent̃ folia arboris pini maſcule ⁊ femine ligata cũ corticib⁹ ſuis: ⁊ folia cupſſi ⁊ rami eius. ⁊ folia pẽtaphilon cũ melle: ⁊ ex gũmis glutinũ albotim ꝓprie ꝓpe mẽbra magna. Et ex fructib⁹ ⁊ granis nux recẽs ꝯtrita cum aq̃ ⁊ ſale aut vino bulita cũ folijs aceroſe aut folijs ſicle aut lactuce ⁊ piroꝝ ſilueſtriũ cũ eo qđ eſt in eis de ꝓhibitione fluxus ⁊ nux cupſſi ⁊ allia cõbuſta: ⁊ puluis molẽdini ⁊ ordeũ aduſtũ ꝓprie ſenib⁹ cũ cera ⁊ olo ro. ⁊ de illis q̃ ſilantur florib⁹ flos ſorbe. ⁊ herba caude eq̄ne. ⁊ ꝓprie in vicinitate ipletiõis membri aut carnis: ⁊ ad vulnera q̃ ſunt ꝓpinqua lacertoꝝ capitib⁹. Et ex aialib⁹ lac acetoſũ ʒ valde ꝯglutinat vulnera magna. Et de cõpoſitis medicamẽ ruffi ⁊ aureum ⁊ eſculeus: ⁊ medicamẽ de ſalicib⁹ ⁊ pullegio ⁊ emplaſtrũ de lino.

¶ Quia ſupius Auic. fecit q̄dã caplm de medicinis icarnãtib⁹ vulnera: ⁊ de medicinis cicatrizãtib⁹: ⁊ de medicinis faciẽtib⁹ naſci carnẽ: ⁊ fuit locut⁹ de eis ſoluʒ in gñali nõ ponẽdo aliq̃s illarũ medicinarũ in ſpãli. idcirco Auic. determinat de ipſis in ſpãli ponẽdo medicinas ſpãles in vnaq̃q̃ eaꝝ ſpẽꝝ. ⁊ in h cap⁹ determinat de medicinis icarnãtibus vulnera. Et diuidit̃ ps iſta in ptes tres. in prima pte ꝯtinuat dcã dicẽdis. in 2ª pte ꝯpat iſtas medicinas inter ſe ſm ꝙ ſunt in puluere. ⁊ in ſubã ſicca: ⁊ ſm ꝙ ſunt in vnguẽto cũ oleo ⁊ in ſuba molli oñdẽdo ꝙ minoris virtutis ſunt in puluere q̃ in ceroto vel in vnguento. ⁊ 3° ipſe ponit iſtos medicinas in ſpãli. 2ª ibi (Et nõ dubitam⁹ qn) 3ª ibi (Et iſte medicine icarnatiue ⁊c̃.) Qđ dicit in primis duab⁹ ptibus planũ eſt. 3ª ps diuidit̃ in ptes duas. q: p̄ ponit medicinas icarnatiuas ſimplices. 2° cõpoſitas narrat. 2ª ibi (Et de ꝯpoſitis) Prima in duas. q: p̄ oñdit ex quot reb⁹ ꝑñt ſumi iſte medicine icarnatiue. 2° narrat illas ſm illũ modũ quẽ poſuit. 2ª ibi (Et ſunt ex mieralib⁹ ſicut ceruſa ⁊c̃.) Planũ eſt qđ dicit in oĩb⁹. folia quercus maſculo ideſt folia cerri: folia arboris pini maſculi ⁊ femine. pinus maſcula credo ꝙ ſit illa q̃ ꝓducit fructũ. femina aũt q̃ nõ ꝓducit. folia pentafilon .i. q̄nq̃ foliũ a penta qđ ẽ q̄nq̃. Et intelligo ꝙ Auic. ponit diuerſas medicinas diuerſarũ ꝯplonũ: quarũ vna eſt magis ſicca q̃ alia. hoc aũt facit p reſpcm̃ ad diuerſa corpa ⁊ mẽbra i q̄b⁹ adminiſtrant̃. q: ĩ vno corpe ⁊ ĩ vno mẽbro ꝯpetit medicĩa magis ſicca q̃ in alio. tu aũt h reſpicias p te vidẽdo ꝯnes iſtarum medicinarũ q̃s ponit ex libris q tractãt de ſimplicib⁹ medicinis.

¶ Medicine ꝯſolidatiue ⁊ ſigillatiue. CAP. X.

Arũ medicinarũ nãs iã ſciuiſti. ⁊ ſcis iteꝝ ꝙ oĩ ne puluis eaꝝ ſit ĩ ꝟtute ei⁹ qđ ponit̃ in emplaſtris.

¶ In hoc ca⁹ Auicẽ. determinat de medicinis ꝯſolidatiuis vel ſigillatiuis vel cicatrizatiuis qđ idẽ eſt in ſpãli. Supius aũt determinauit de ipſis ſoluʒ in gñali nõ deſcẽdendo ad aliq̃ ſpãlẽ. ⁊ diuidit̃ h caplʒ in ptes duas. In p̄ pte determinat de his medicinis in gñali p reſpcm̃ ad ea que ſequnt̃. ⁊ 2° narrat has medicinas in ſpãli. 2ª ibi (Et medicine q̄dẽ iſte) Prima in duas. p̄ ꝯtinuat dcã dicendis oñdendo q̄d ꝑus dcm̃ eſt in gñali de his medicinis. 2° oſtẽdit q̄d adhuc oꝫ ſciri in generali de ipſis. 2ª ibi (Et oꝫ nũc vt ſcias) Dicit g̃ p̄. harum medicinaruʒ nãs .i. cõplexiões iam ſciuiſti ex his q̃ dicta ſunt in illo ca⁹. medicamẽ faciẽs naſci carnẽ ⁊c̃. Et ſcis iterũ .ſ. ex ꝑdictis: quoniam oꝫ ne puluis earum ſit in ꝟtute eius qđ ſumit̃ in emplis. hoc eſt dĩe ꝙ ex ꝑdictis etiã ſcis ꝙ he medicine ſunt maioris ꝟtutis in vnguẽtis ⁊ ĩ cerotis q̃ in puluere ⁊ ſubſtãtia ſicca. Et rõ hui⁹ eſt. q: medicine ſicce ⁊ ꝓprie minerales nõ ſubmergunt̃ in ꝓfundum niſi p olea ⁊ cerota. Et vñ ſcitũ eſt hoc. certe hoc ſcitũ ẽ ex ꝑcedenti cap⁹. imediate. Quãq̃ .n. dixerit hoc dcm̃ in cap⁹. medicinarũ incarnatiuarũ. nihilominus tñ hoc dcm̃ eſt de oĩbus his medicinis. ⁊ iõ Aui. dixit. ⁊ ſcis iteꝝ ⁊c̃. Et pp h Aui. illud dcm̃ ĩ repetet inferi⁹ in cap⁹. de medicinis faciẽtibus naſci carnẽ in q̄bus h dcm̃ maxime eſt veruʒ. q: ſupponit h ex dictis, cũ idẽ iudiciũ ſit q̃tũ ad h in oĩb⁹. Deinde cũ dic̃.

¶ Et tūc oꝫ vt scias ꝙ nō est necīium vt medicine iste administrentᷣ cuꝫ iam eq̄ta est suꝑficies carnis dure cuꝫ cute vltima eq̄litate. verū caro hūida iam equatᷣ ⁊ additᷣ: sꝫ ē spissa talr̄ ꝙ cum exiccatᷣ descēdit: imo nō oꝫ vt administres eas nisi cū hoc qđ ē ita ꝙ qn̄ exiccatᷣ equatᷣ. Et hec res cognoscitᷣ existimatione. Oportet ergo vt administretᷣ medicina ꝯsolidatiua anteq̄ꝫ carnis nascētia in vulnere in quo caro nascitᷣ ad hunc finē ꝑueniat. qm̄ ꝯsolidatiua etiā addit ī quātitate carnis vsq₃quo ꝯsolidat: etiā additᷣ cū ea xtus nālis. Ergo additᷣ fm̄ hāc vltimationeꝫ: imo oꝫ vt sit talr̄ ꝙ qn̄ exiccat ⁊ facit oꝑatiōeꝫ suā iā nā fecerit nasci cū quātitate ei necīa cū vltimatione ꝯsolidatiue vltime in ꝯsolidādo q̄ ꝯpleat duas oꝑatōes ꝯtinuādo inter carnē ⁊ cutē p̄dictas mēsura qua equetᷣ suꝑficies vlcerata. Qꝛ si nō auferatᷣ istud ꝑculdubio fiet vestigiū vulneris supius in cute.

¶ Auic. ośndit qd ad hoc oꝫ sciri de his medicinis in gnāli. Et diuiditᷣ hec ps in duas fm̄ ꝙ duo gnālia ponit q̄ ad h̄ oꝫ sciri. Primuꝫ ē de tpe in q̊ iste medicine debēt administrari. scđs ē de mō administratōis ipsaꝝ in puluere vel vnguēto. s. qn̄ ꝯpetit administratio ipsaꝝ ī puluere: ⁊ qn̄ in vnguēto. 2ᵃ ibi (Et oꝫ vt admistres ⁊c̄.) In p̄ma pte vult dicere: ꝙ medicia cicatrizatiua nō oꝫ administrari qn̄ caro iā ē eq̄ta oīno cū cauterio: ꝯpetit tūc medicia diminutiua carnis. qꝛ cū medicia cicatrizatia cū h̄ ꝙ faciat cutē: addit ēt in gnātiōe carnis: tūc si admistretᷣ carne oīno eq̄ta cū cute fieret vestigiū vulneris supi⁹ cute. h̄ aūt ē turpe valde. oꝫ ḡ administrari anteq̄ꝫ nascentia carnis oīno sit adeq̄ta cū cute: vt sil' adequetᷣ caro cū cute ⁊ exiccetᷣ. ⁊ fiat cutl. h̄ est qđ Auic. vult dr̄e. sꝫ qꝛ aliq̄ v̄ba ponit obscura. iō textū ei⁹ exponemus. Dicit ḡ. ⁊ oꝫ nūc ⁊c̄. veꝝ. s. ꝓ qꝛ. qꝛ caro humida equatᷣ oīno cū cute. tūc ꝑ medicinaꝫ cicatrizatiuam additᷣ. ⁊ sic fieret vestigiū eleuatuꝫ: sꝫ ē spissa talr̄. s. ista caro ꝙ cū exiccatᷣ descēdit. qꝛ ista caro supās cutē ē mollis. ⁊ iō ꝑ exiccatiōem fortē descēdit inferi⁹. ⁊ ꝓpᷣ hoc qn̄ caro equatᷣ oīno cū cute nō debes administrare medicamē sigillatiū: sꝫ p̄us debes eaꝫ facere descēdere iferius vsq₃ ad talē teriūꝫ in q̊ ꝯpetit medicamē sigillatiū. ⁊ qs est iste termin⁹. Auic. ponit cū dicit. iō nō oꝫ vt admistres. s. medicinā cicatrizatiuaꝫ. s. nisi in eo qđ ē ita ꝙ qn̄ exiccatᷣ equatᷣ. i. nisi in tali termino gnātōis ꝙ. s. sit fcā tāta gnātio carnis: vt qn̄ admistretᷣ medicamē cicatrizatiuū nō suꝑaddatᷣ caro vltra terminū nālē cutis: sꝫ sil' adequatᷣ cū ternio nāli cutis. ⁊ exiccetᷣ ⁊ fiat cutis. ⁊ hec res. i. iste talis termin⁹ ī q̄ carnē oꝫ eē gnātā qn̄ admistratᷣ medicia ꝯsolidatiua cognoscitᷣ extimatiōe. qꝛ h̄ nō pōt oīno certe cognosci cū nō sciamus certe q̄ꝫtū dēat addere ēt in carne medicamē cicatrizatiū. sꝫ h̄ cognoscitᷣ estimatōe ꝓpria vitati: ⁊ fm̄ ꝙ medic⁹ ē melioris igenij: ⁊ pluris expertētie sic meli⁹ extimat talē teriūꝫ. Tūc aui. adhuc magꝭ specificat qđ dcm̄ ē dicēs. oꝫ ḡ ⁊c̄. Ad hūc ꝑueiat finē. s. vt sit caro eq̄ta cū suꝑficie cutꝭ: qm̄ ēt ꝯsolidatiuū addit ⁊c̄. ⁊ additᷣ cū eo v̄t⁹ nāl. ñ itelligas ꝙ v̄t⁹ nāl ī se addatᷣ ꝑ istā medicinā: sꝫ additᷣ q̄ꝫtū ad effcm̄ ei⁹. qꝛ mediāte ipsa v̄tus nutritiua nālis mēbri addit ī generatiōe carnis. ḡ additᷣ. s. caro fm̄ vltimatiōem hāc. i. vltra terminū equatiōis cū cute. qꝛ si tu administras medicinā cicatrizatiuā qn̄ ē equata caro cū cute. tūc caro additur suꝑ cutē: vt dcm̄ ē p̄us. iō oꝫ vt sit talr̄ admistrata medicina cicatrizatiua ꝙ qn̄ exiccat ⁊ facit oꝑatōem suā. s. cicatricē. puta de carne cuti iā nā fecit nasci cum q̄ꝫtitate. s. carnis q̄ ē ei necessaria aut cū vltima ꝯsolidatōe. s. medicine in consolidādo vltime carnis cuꝫ cute: vt scilꝫ. cicatrix equata sit cum cute. que scilꝫ medicina ꝯpleat duas oꝑatiōes p̄dictas. s. vt sil' addat in carne vsq₃ ad terminuꝫ cutis: ⁊ cicatrizet in illo termio ꝯtinuādo iter carnē ⁊ cuteꝫ. mēsura q̄ equatᷣ suꝑficies vlcerata. s. su. cū cute. ⁊ nō addatᷣ ꝙ si nō auferetᷣ istud. i. si tu nō remoueas hoc. s. ꝙ medicina cicatrizatiua admistretᷣ qn̄ caro est eq̄ta cuꝫ cute. iō h̄ facias ⁊ nō diminuas p̄us de carne ꝑculdubio fiet vestigiū vulneris supi⁹ cute. ⁊ hoc ē ꝓpter cām̄ q̄ dcā est. h̄ est ergo qđ Auicē. dicit in hac parte.

Sed hic est dubitatio de dictis supi⁹. dicit. n. Aui. ꝙ medicamē ꝯsolidatiuū ñ oꝫ administrari qn̄ caro ē oīno eq̄ta cū cute. ꝙ medicamē cicatrizatiuū ēt addit in carne: sꝫ vtrūq₃ istoꝝ dictoꝝ ē falsissimū. qꝛ dcm̄ fuit p̄⁹ ꝙ gnātio carnis fit a medicia q̄ siccitate ī p̊ gradu nō multū trāscēdit. si āt sit multū sicca plus q̄ꝫ in p̊ gradu. tūc diminuit carnē: sꝫ medicina cicatrizatiua ē multū plus sicca q̄ꝫ in p̊ gradu. qꝛ desiccat q̄si in 3°. vt dcm̄ fuit p̄us. ḡ nō addet in carne. imo diminuet ipaꝫ. fꝫ ē ḡ qđ dič Aui. ꝙ medicia cicatrizatiua addit ī carne. vlteri⁹ si diminuerat carnē: tūc ēt nō ē veꝝ qđ dicit Auic. ꝙ nō oꝫ administrari qn̄ ñ ē eq̄ta caro cū cute. qꝛ si tu admistrabis qn̄ caro ñ ē eq̄ta cū cute: cū talis medicia diminuat carnē: vt ꝓbatū ē. fiet ḡ cicatrix ꝯcaua: qđ turpe ē. ¶ Dōm ē ꝙ medicina sigillatiua nō oꝫ administrari qn̄ oīno ē eq̄ta caro cū cute ꝓpterea ꝙ ēt medicia sigillatiua ēt addit in carne: vt Aui. dič. ¶ Sꝫ ē intelligēdū ad dissolutōeꝫ dubitatōis ꝙ medicia sigillatia drᷣ gnāre ⁊ addere in carne in casu ⁊ fm̄ qd. nō tñ drᷣ ex toto ⁊ simplr̄ gnātiua carnis. Drᷣ āt gnātia ī casu. qꝛ solū gnāt ī vl̄nere ⁊ vlcere vbi ꝯpetit cicatrizatio drᷣ ēt gnātia fꝫ qd. qꝛ gnātᷣ solū q̄ꝫtū ad aliq̄ꝫ ptē sue actionis: ⁊ ñ fꝫ totū: nā fꝫ ꝙ dcm̄ fuit p̄⁹ me⁹ cicatrizatiua desiccat hūiditatē extraneā: ⁊ hūiditatē radicaleꝫ vehemēter. qn̄ ergo admistratᷣ talis medicina in vlcere qđ debꝫ cicatrizari: cum talis medicina p̄us desiccet humiditateꝫ extraneā. tūc in tali termio desiccatiōis nā nō hñs īpedimētū. s. hūiditatē extraneā q̄ ē desiccata ⁊ hñs mām ex q̄ fit caro. puta sanguinē q ꝯtiue ꝯfluit ad vlc⁹ gnāt carnē. sꝫ cū ista medicia vlteri⁹ agit ꝯsiccādo hūiditatē radicalē ēt nō ampli⁹ drᷣ gnātiua. imo tūc ē cicatrizatiua. qꝛ desiccat carnē ⁊ īdurat q̄ nata ē ex p̄ma actōe: sic ꝙ ꝯuertit eā in cutē. ⁊ iō si tu admistrares talē medicinā in vulnere vbi ꝯpetit solū gnātio carnis talis medicia nūq̄ꝫ gnāret carneꝫ. imo diminueret ⁊ desiccaret hūiditatē extraneā ⁊ radicalē: sꝫ in vulnere vbi ꝯpetit cicatrizatio gnāt carnē q̄ꝫtū ad aliq̄ꝫ suā actōeꝫ: ⁊ q̄ꝫtū ad finalē ei⁹ actiōeꝫ facit cutē. ⁊ iō oꝫ admistrari añ oīmodā eq̄litateꝫ carnis: vt qn̄ addetᷣ caro ꝑ medicinā nō fiat vestigiū suꝑ cutiꝫ. imo sil' equatᷣ cuti. ⁊ cicatrizetᷣ. ¶ Qđ aūt tu arguis nil valet. qꝛ dicis tu. medicina gnātiua oꝫ desiccare in p̊ gradu. ⁊ nō multū plus. Dōꝫ ē ꝙ veꝝ ē d medicia q̄ simplr̄ ⁊ ex toto drᷣ gnātia. d tali āt nō ē hic fmo. Iteꝝ ēt possem⁹ dr̄e ꝙ talis medicina inq̄ꝫtū gnāt carnē. desiccat solū in p̊ gradu vel paꝝ plus. si āt desiccatiua in. 3°. vel. 4°. sit h̄ nō inq̄ꝫtū gnātiua: sꝫ inq̄ꝫtū cicatrizatiua. ⁊ q̄ꝫtū ad ei⁹ vltimā actōeꝫ: vt dcm̄ ē p̄us. ⁊ qꝛ a fine oꝫ res d̄noiari. idcirco talis medicia d̄noiatᷣ simplr̄ cicatrizatiua. fm̄ qd āt pōt dici gnātiua. Deinde cū dicit.

¶ Et oꝫ vt admistres sigillatiuū ī primis cū ipꝫ administras humidū: deīde admistra ipꝫ siccū tūc cum appropinquatᷣ sigillatio faciēs ipꝫ trāsire suꝑ ipm̄ cū extremitate radij.

¶ Ośndit qn̄ maxime ꝯpetit admistratio medicinaꝝ sigil

latiuaꝝ in puluere ⁊ suba sicca: ⁊ qñ in vnguēto vł ceroto: ⁊ pȝ qd̄ dicit. Rō āt q̄re oȝ in pncipio cū admīstraī medicamē sigillatiuū admīstrare ipm humidum.i. in vnguento.in fine autem admīstrare ipm siccū.i.in puluere est. q: in pncipio caro nō ē adeq̄ta cū cute. ⁊ iō vlcus magis ꝯcauuȝ ⁊ plus hūidū hūiditate extranea. oȝ ḡ medicina dsiccatiua eē magis penetratiua vt attingat meli⁹ fundum ⁊ plus. H aūt faciūt vnguēta plus q̄ͣ pulueres: vt dcm̄ ē. ⁊ iō in pncipio oȝ administrari medicina sigillatiua in vnguēto: sȝ in fine cū sit caro magis eq̄ta cuti indigemus magis idurare carnē ⁊ exiccare vt ꝯuertaī in cutē. hoc autē faciūt meli⁹ pulueres. indurāt.n. plus q̄ͣ vnguēta pp̄ subaȝ ipsoꝝ siccaȝ. ⁊ iō oȝ admīstrari in fine medicamē sigillatiuum in puluere ⁊ suba sicca. Tūc seq̄ī illa ps.

¶ Et medicine qdē iste sūt sic cortices arboris pini cū cerato de oleo ro. aut myrtino ⁊ resina sicca ⁊ abrotanū assatū ⁊ cortices eris ⁊ puluis olibani ⁊ merdasengi ⁊ cētaurea minor. ⁊ vene sī hōe ⁊ ossa cōbusta iterꝝ ⁊ aristo. adusta ē vehemētis cōsolidationis ⁊ alumē iteruȝ ⁊ galle imature ⁊ folia fici. Et Hyp. qdēȝ ingr̄ de pede albaneas sicut dixerūt: ⁊ ē sile qd̄ itellexit p cū herbā que noīaī pes corui. ⁊ sterc⁹ canis comedētis ossa ⁊ stercus lacerti. verūtñ ē acuti⁹ primo q̄re opȝ vt frāgas ipm cū stipticis: ⁊ radix lilij celestis ⁊ cortices oppoponaci ⁊ tutia. Et de faciētib⁹ nasci carnē mirabilib⁹ i vulneribus calide ꝯplōnis āposis sī sandali ⁊ nenufar ⁊ aloes ⁊ ꝓprie i ptib⁹ ani ⁊ testiculoꝝ. ⁊ medicina aristologie si fiat vnguētū aut idiges eo qd̄ est forti⁹ de illis que sunt inter ꝯsolidantia sicut climia ⁊ ꝓprie ꝯbusta ⁊ colcotar ꝯbustū ⁊ litbargyrium ⁊ cerusa. ⁊ qñq; cadunt in medicinis eius dragagantum ⁊ colcotar: quāuis sint de sūma corrodentiū diminuentiū carneȝ. Verum ipsa fortasse consolidant in vehementi humiditate ⁊ ꝓprie quando aduruntur sunt minoris consolidationis: ⁊ non minuitur de corrosione eorum ⁊ precipue si abluantur fiūt ad consolidationē decliuiora. Flos vero eris ⁊ medicine que sunt vehementioris corrosionis non sunt recte ad illud nisi cum regimine forti: ⁊ in quibusdam vulneribus ⁊ vlceribus vehementis hūiditatis. Es vero adustum qñ abluitur est bonum in consolidatione.

¶ In q̄ pte postq̄ͣ posuit aliq̄ in gn̄ali q̄ oȝ scire circa medicias sigillatiuas. h narrat i spāli. ⁊ ista ps diuidiī in duas. q: p̄ ponit medicinas sigillatiuas q̄ vt plurimū sūt simplices. 2⁰ ponit ꝯpositas. 2ª ibi (Et cū volūtas est vt fiat emplastrū ⁊c̄.) Qd̄ p̄ dicit Auic. pȝ nisi ꝙ intelligas ꝙ pōit diuersas medicias in ꝯplone: q̄rū vna ē magis sicca q̄ͣ alia. hoc aūt facit hūido respectū ad diuersa corpa diuersaruȝ ꝯplonū sm̄ ꝙ vnū corp⁹ ē siccius alio. ⁊ ad diuersa vlcera aut sm̄ ꝙ vnū vlc⁹ est magis hūidū alio: aut min⁹. q: i corpore sicco. ⁊ vlcere hūido ꝯpetit medicina magis desiccatiua. in corpe āt hūido ⁊ vlcere paꝝ hūido ꝯpetit medicia parū desiccatiua. ⁊ iō vna ⁊ eadē medicia p respcm̄ ad diuersa corpa pōt eē putrefactiua ⁊ gn̄atiua carnis ⁊ cicatrizatiua. ꝯplones āt cuiuslibȝ medicine q̄s ponit. respicias in libris q tractāt d simplicib⁹ medicinis. venere. als. ⁊ vene. vñ absolute accipiunī.i. radices celidonie: sȝ vene tinctoꝝ radices rubee: sȝ vene terre sigillate sī lūbrici terrestres. venere aūt sūt cōcule marine q̄ aportanī de scō Jacobo. radix lilij celestis.i. yreos. Et de facientibus nasci.s. cutem. Deinde cum dicit.

¶ Et cū volūtas est vt fiat empl̄m sunt nec̄cia q̄ sunt fortiora de illis q̄ sunt iter cōsolidatiua sic climia: ⁊ ꝓprie adusta ⁊ colcotar adustū ⁊ litargyriū ⁊ cerusa. Qualitas vo faciēdi illd̄ ē vt dissoluaī cerusa ⁊ merdasengi cū aceto. dīn admistreī ⁊ climia teraī. Et meli⁹ qdē ē vt aduraī d ide misceaī illud cū colcotar: ⁊ ibibaī oleo ro. cū aceto ⁊ vino stiptico. ⁊ fortasse adduni sup ipm dragagātū adustuȝ ⁊ balaustie ⁊ galle qñ vuln⁹ ⁊ vlcus sunt vehemētis hūiditatis. Emplastrū d lino: ⁊ ē mirabile: sume pānū de lino ablutuȝ nitidū: ⁊ tere donec fiat sicut alcohol: deinde sume oleū fortis stipticitatis aut oleuȝ myrtinū: ⁊ pone in ipso paꝝ galbani: ⁊ dissolue in oleo: ⁊ pone in ipso pānū ꝯtritū: ⁊ fac de eo empl̄m: qm̄ ē mirabile. ⁊ vnguētū nigꝝ magnū facit nasci carnē. Qz si volueris vt forti⁹ faciat nasci: tūc pone in ipso de ture ⁊ oppoponaco ⁊ aristologia adusta eq̄les ptes vt sit sic pōdus medicinarū q̄tuor. Modus pulueris ali⁹ .℞. ceruse ⁊ merdasengi amboꝝ. an̄. pte vnaȝ. scorie plūbi ⁊ myrrhe ⁊ gallarū. oīuȝ. an̄. pte .5. Puluis ali⁹: ostracoꝝ cōbustoꝝ. ʒ. xij. granati pui qd̄ cadit ab arbore ⁊ exiccatū est: calcadis amboꝝ. an̄. ʒ. xvi. cornu ceruini ꝯbusti abrotani climie resine radicū lilij oīum an̄. ʒ. iiij. minuti turis corticū arboris pini āboꝝ an̄. ʒ. vi. corticū granatoꝝ ceruse aluminis oīum an̄. ʒ. viij. gallaꝝ. ʒ. i. Puluis rubēs. ℞. rubee ossiū ꝯbustoꝝ merdasengi. oīum an̄. ʒ. ij. turis. aloes amboꝝ an̄. ʒ. iij. sarcocolle memithe āboꝝ an̄. ʒ. i. fiat puluis. Puluis ali⁹. ℞. rosaruȝ ceruse plūbi balaustie oīum an̄. ʒ. viij. gallarū ⁊ seis rosarū ⁊ alumis equalr̄ aristolo. aur. ij. minuti turis aur. i. Modus empli ad vulnera corporuȝ senū: ꝯburaī ordeū ⁊ fiat ex eo ceratū cuȝ oleo ro. aut oleo myrtino cū cerusa plūbi.

¶ Auic. ponit medicinas sigillatas ꝯpositas. ⁊ dicit. Et cū volūtas ē vt fiat empl̄m. vel vnguētū sūt nec̄cia de illis q̄ sunt fortiora iter ꝯsolidatiua. Et rō h⁹ ē. q: eorū fortitudo remittiī p olei hūiditatē qd̄ eis admisceī. vñ in vnguēto debēt poni medicine sicciores q̄ͣ in puluere pp̄ hūiditatē olei. ⁊ vnguētū nigꝝ faċ nasci.s. cutē. itellige d vnguēto nigro qd̄ vocaī tetrafarmacon: ꝙ dr̄ tetrafarmacon. q: ꝯponiī ex q̄tuor reb⁹ pter oleū. nā oleū nō ꝯputaī vt medicina. q: ē sic instr̄m oīuȝ vnguētoꝝ. ꝯponiī.n. ex resina pini cera ⁊ pice nigra ⁊ sepo vaccino. ⁊ olo. an̄. ptib⁹ eq̄lib⁹. ⁊ intellige ꝙ facit nasci cutē in corpib⁹ valde hūidis. ꝙ si vo-

lueris vt forti⁹ fiat nasci in corpe sicciori: tūc pōe in ipō de tbure ⁊c. eq̄les ptes vt sit sicut pōdus medicinar̄ q̄tuor. i. pone de istis medicinis quatuor ex q̄b⁹ cōponit̄ vnguētū nigr̄. oīa aūt que Auic. dicit plana sunt.

⁋ De medicinis facientibus nasci carnez in vulneribus ⁊ vlceribus. CAPI. XI



Iam sciuisti pprietatē medicinarum faciētiū nasci carnē: ⁊ quo mō opoꝛtet vt sint in ɔplonib⁹ suis.

⁋ Postq̄ Auic. determinauit de medicis incarnātib⁹ ⁊ cicatrizātib⁹ in spāli. h̄ determinat de medicis faciētib⁹ nasci carnē in spāli. deteriat tn̄ alio⁹ h̄ Aui. de medicis faciētib⁹ nasci carnē in spāli q̄ deteriauerit supra ō medicis in carnātib⁹ ⁊ sigillātib⁹ in spāli. eo q̄ h̄ Auic. valde paucas medicinas gn̄antes carnē pōit. in alijs āt narrauit mltas: s₃ deteriat h̄ de medicis faciētib⁹ nasci carnē in spāli hoc mō. q2 specificat ⁊ deteriat magis illud qō dixit de eis in gn̄ali in illo ca°. medicam̄ faciēs nasci carnē ⁊c. vn̄ q̄si istō caplm est expō illi⁹ qō dixit de gn̄antib⁹ carnē in illo ca°. ⁊ diuidit̄ hec ps in ptes duas. p̄ ɔtinuat dcā dicēdis. ⁊ ostendit q̄d dcm̄ ē de istis medicis pus in gn̄ali. z° exeq̄t̄ ō ipis in spāli magis. z° ibi (Et o₃ vt admistrent̄ ⁊c.) Dicit g̑ p̄. iā sciuisti. s. in ca°. p̄dcō in q̄ deteriat de medicis istis in gn̄ali pprietatē medicinarū faciētiū nasci carnē. q2 sciuisti q̄ pprietas ear̄ ē coagulare sanguinē in carnez. ⁊ q̄uo op₃ vt sint in ɔplonib⁹ suis. q2 sciuisti q̄ debēt eē exiccatiue n̄ vehementer: s₃ vsq₃ ad terminū p̄mi gradus. in calitate āt ⁊ friditate debēt eē pportiōate ɔploni mēbri. ⁊ totum hoc sciuisti in gn̄ali. Deinde cū dicit.

⁋ Et o₃ vt admistrent̄ medicine faciētes nasci carnē cū ia₃ mūdificat⁹ ē loc⁹ a soꝛdib⁹ ⁊ silib⁹: ⁊ nō fuerit basis vulneru₃ nisi os. tūc mūdifica illud os: ⁊ exicca in vltimo. Et nō dimittas in eo obfuscatōem aut coꝛruptōe₃. neq₃ coꝛticē ⁊ hūiditatē q̄ nō exiccet̄ ⁊ pprie in capite. nā lenitas ossis ⁊ ei⁹ humiditas est vna causaru₃ pbibētium natiuitatē carnis sup ipm̄: ⁊ cū exiccatur ⁊ exaspat̄ est illud sup qō fit mā ex q̄ gn̄at̄ caro in eo magis faciēs nasci.

⁋ Dic Aui. exeq̄t̄ de medicis facientib⁹ nasci carnē in spāli exponēdo ⁊ specificādo magis id qō dcm̄ ē ō eis in gn̄ali. ⁊ diuidit̄ ista ps in ptes tres. In p̄ pte specificat q̄ tpe debēt iste medicie admistrari. in z° pte specificat de ɔplone istar̄ medicinar̄ ⁊ q̄tu₃ ad q̄litates actinas ⁊ passiuas. 3° pōit duos cañ. obseruādos. vnū circa medicinā gn̄atiua₃. ⁊ aliū circa vuln⁹ vel vlc⁹ in q̄ admistrat̄ hec medicina. z° ibi (Et scias q̄ ē medicina q̄dā) 3° ibi (Et q̄n̄ pbibet̄ medicina a itinamto ⁊c.) Qō p̄ aui. dic p₃ ex his q̄ dcā fuerūt pus. ⁋ Nihilominꝰ tn̄ dubitabit aliq̄s ō h̄ q̄ dic. ⁊ medicine faciētes nasci n̄ debēt admistrari nisi post pfectā mūdificatōe₃ a soꝛdib⁹ ⁊ silib⁹. dicet. n. aliq̄s quō vuln⁹ cōcauū in q̄ admistrat̄ medicia gn̄atiua pōt eē oino mūdificatū a soꝛdib⁹ ⁊ silibus cū dcm̄ fuerit pus p mēte₃ Ga. q̄ ad oē vuln⁹ ɔcauū ɔcurrūt due supfluitates. vna grossa ⁊ altera subtil. ⁊ q̄ pp h̄ medicia gn̄atiua o₃ eē exiccatiua ⁊ mūdificatiua. n̄ g̑ ē ver̄ q̄ q̄n̄ admistrat̄ tal̄ medicina fit oino loc⁹ mūdificat⁹ a soꝛdib⁹ ⁊ silib⁹. ⁋ Dō₃ ē ad h̄ q̄ q̄n̄ Aui. dic q̄ medicie faciētes nasci carnē admistrent̄ q̄n̄ mūdificat⁹ ē loc⁹ a soꝛdib⁹ ⁊ silib⁹ itelligit ō soꝛdib⁹ ⁊ hūiditatib⁹ q̄ gn̄ant̄ i vlcere vl̄ vlnere vltra eas q̄ gn̄ant̄ ibi iq̄tū ɔcauū ē sic dcm̄ fuit pus. nā tal̄ putredo. ⁊ tal̄ hūiditas virulēta q̄ ē gn̄ata ibi ē p se q̄dā moꝛb⁹ distinct⁹ ab vlcere quē o₃ p⁹ curari q̄ creare carnē i vlcerib⁹. ⁊ h̄ māifeste dic Ga. 3° de inge⁹. sanitatis. Si q̄dā vlnera sīt ɔcaua nimiūq₃ putredis hn̄tia tria ex nā₃ i mēbro vlnerato hn̄r vuln⁹. v₃. ɔcauitas ⁊ putredo: q̄rū curatōes fm̄ tpis oꝛdinē sīt faciēde. p̄. n. putredine₃ mūdificam⁹ ⁊c. mō talis mūdificatio putredis ⁊ exiccatio hūiditatis virulēte vltra eas q̄ gn̄ant̄ rōne vlceris. vn̄ ɔcauū ē n̄ fit pfecte a medicia gn̄atiua carnis: eo q̄ nō ē tā abstersiua nec tā exiccatiua. ⁊ iō si tu admistrares medicinā gn̄atiuā q̄n̄ n̄ pfcē eēt mūdificat⁹ locus a soꝛdibus ⁊ silib⁹: ⁊ nasceret̄ ibi caro mala ⁊ supflua: quā postea o₃ auferre cū medicis coꝛrosiuis. h̄ āt ē malū. Si g̑ i vlnere ɔcauo sint tales hūiditates vl̄ soꝛdes ⁊ silia. tūc pus o₃ illa remoueri. deiñ admistrare medicinā gn̄atiuā. si āt nō sint ibi hec sic sīt vlnera recētia q̄ fiūt ex ferro icidēti. ⁊ hō tūc stati admistram⁹ ibi medicinā gn̄atiuā. q2 i eis n̄ ē nisi tal̄ duplex hūiditas: q̄ gn̄at̄ rōne vlceris: vn̄ ɔcauū ē: quā sufficiēter abstergit ⁊ exiccat medicina faciēs nasci carnē. hec āt vba fuerūt p⁹ lōgi⁹ dclarata s₃ q̄ appꝫ subtilr̄ ītuēti.

⁋ Si āt tu q̄ras. q2 dcm̄ ē q̄ tal̄ putredo ē q̄dā moꝛb⁹ p se distinct⁹ ɔposit⁹ cū vlcere ɔcauo quē pus o₃ curare q̄ vlc⁹. Quis moꝛb⁹ ē tal̄ putredo. Dō₃ est sine aliq̄b⁹ oppōnib⁹ q̄ vt mihi vr̄ tal̄ putredo ē moꝛb⁹ in nūero: ītelligo p putredinē n̄ motū hūoꝛis in cōruptōe₃ s₃ saniē iā aggregatā ex tali alteratōe. h̄ āt ē mōb⁹ cū ibi exn̄s p se ⁊ imediate ledit opatōe₃ nāe. q2 cū talis sanies stet in facie poroꝝ vlceris ipedit aduētū nutrimēti ad vlc⁹: ⁊ coagulatōe₃ ipi⁹ i carne: ē ēt moꝛb⁹ i nūero. sic q̄dā res ibi exn̄s cū ptib⁹ mēbri nūerata queadmodū vmis i itestinis: ⁊ lapis i renib⁹: ⁊ lacbrima i oculo dn̄r mōbi ī nūero. Abstersio āt ⁊ exiccatio erit cura ipi⁹ supta ab eēntia mōbi. q2 g̑ tal̄ putredo ē q̄dā moꝛbus q̄ q̄n̄ ɔpōit̄ cū vlcere ipedit curatōe₃ ei⁹. idcirco sic q̄n̄ ɔpōit apa cū vlcer̄ o₃ p⁹ curare putredinē. hn̄ g̑ dixit Aui. Et o₃ vt admistret̄ medicie faciētes nasci carnē cū iā mūdificat⁹ ē locus a soꝛdib⁹ ⁊ silibus. Tūc seq̄t̄ illa ps.

⁋ Et scias q̄ est medicina faciēs nasci carnē in coꝛpe aut mēbꝛo: ⁊ nō est faciēs nasci in alio ⁊ illud: iō: q2 m̄ foꝛtasse exiccat in coꝛpe: ⁊ nō exiccat in coꝛpe pp ɔplone₃ duoꝝ coꝛpoꝝ. ⁊ fm̄ q̄ sciuisti foꝛtasse supfluit in coꝛpe: ⁊ nō supfluit in coꝛpe: neq₃ ē abstersio oino: cū hec medicia idigeat exiccatiōe q̄dā ⁊ extersiōe q̄dā mēsuratis fm̄ coꝛp⁹ nō absolutis ⁊ res mēsurata est diuersa cū impssiōe sua in reb⁹ q̄ nō sunt ɔueniētis q̄ntitatis in passiōe. Et oē exiccatiuū q̄dē cuius siccitas ē mioꝛ siccitate coꝛpis qō cū eo curat̄ est itez abbreuiatū ab h̄ vt faciat nasci carnē ei⁹. imo o₃ vt sit sicci⁹ eo. ⁊ pp illud fit q̄ olibanū nō fac nasci carnē in coꝛpib⁹ donec ptransceant equalr̄ in siccitate.

⁋ In q̄ pte Aui. specificat ō medicinis faciētib⁹ nasci q̄ntū ad ɔplones istar̄. Dixit. n. Aui. pus i ca° i q̄ dteriauit i gn̄ali ō istis medicis q̄ medicia gn̄atiua d₃ eē exiccatia n̄ mltū: s₃ vsq₃ ad terminū. mō h̄ Aui. itēdit specificare magis q̄lr medicia gn̄atiua o₃ eē exiccatiua ⁊ p respcū ad ɔplonē coꝛpis: ⁊ p respcm̄ ad vlc⁹ ⁊ p respcm̄ ad etatē. ⁊ termiscet ēt cū his q̄dā alia. Possum⁹ g̑ dīe q̄ ista ps diuidit̄ i ptes q̄tuoꝛ. In p̄ pte oñdit q̄ exiccatio medicie gn̄atiue d₃ eē i respcū ad ɔplonē coꝛpis. z° oñdit q̄lr d₃ eē i eis friditas ⁊ calitas. 3° oñdit q̄ exiccatio medicie gn̄atie o₃ eē in respcū ad vlc⁹. 4° oñdit q̄les medicie gn̄atie ɔpetūt i coꝛpib⁹ senū. ⁊ p h̄ oñdit quō ēt ei⁹ ɔplo o₃ attedi i respcū ad etatē. z° ibi (Et o₃ vt n̄ sis ɔtēt⁹ medicia sup exiccatōe₃ ⁊

deinde puenire ad ɔiũctã. qm̃ cã añs est sicut cã respectu cause ɔiuncte sic apparet hec oĩa ex canonibus vlibus in lᵒ. p. fen 4ᵃ. q: ĝ oʒ corpus p̃us eũare ⁊ deinde puenire ad membꝝ. Idcirco subdit Auic. Et ppterea si corpus fuerit mundũ cũ ventosis ⁊c. Subdit aũt ꝙ opʒ attendere post euõnẽ cũ pmutatione cõplonis cũ epithimatibus silibus supra mẽbrũ. ⁊ hoc iõ qm̃ rectificatio ɔplonis est cã faciẽs ad ɔsolidationẽ istoꝝ. In istis tñ vlceribꝰ pp acuitatem ⁊ ebulitionẽ hũoꝝ fit mala ɔplo calida in carne q̃ phibet ɔsolidationẽ eoꝝ ⁊ cũ hoc et hũiditates q̃ sunt in loco exacuũtur q̃ exacute addũt in corrosionẽ vlceris. Et rectificatione cibi vt generet̃ sanguis laudabilis hñs malã q̃litatem. Et maxime itelligo ꝙ cibi qui administrant̃ debeant hr̃e ɔriaʒ q̃litatẽ q̃litati humoꝝ a qbus corrosio fit. vñ debẽt esse ifridãtes ⁊ ispissantes vt generet̃ in sanguine ifrigidatiuo ⁊ coagulatiuo q̃ sunt opposite q̃litatis q̃litati humoris corrosiui. Et q̃nq; facit neciũm ambulatio corrosionis vt icidat̃ mẽbꝝ. Et hoc qdẽ est qñ in mẽbro intatũ ipressa est malitia vt p medicinas rectificari nõ possit. tunc enĩ vt nõ ledant̃ alia mẽbra melius est vt totũ illud membrum incidatur. Deinde cum dicit.

Et cõfert corrosiuis cũ qbus nõ ẽ putrefactio embrocatio cũ aqua frĩa ⁊ aqua myrti ⁊ aqua ro. ⁊ aqua virge pastoris ⁊ vino stiptico si nõ fuerit caliditas et aceto pmixto cuʒ aqua ro. et aqua pura pluuia si fuerit caliditas et silibus ex aquis infrigidãtibꝰ exiccantibꝰ. Et si fuerit illic putrefactio tũc aqua maris et reliqua de illis q̃ dicemus i capitulo putridoꝝ. Ampliꝰ melior curatio eoꝝ ẽ administratio stipticorũ exiccãtiuʒ infrigidantiũ sic cortices granatoꝝ et lẽtes et folia masticis et semẽ rosarũ et spina egyptiaca: et grana myrti et embroce haꝝ medicinarũ. et cõfortent̃ huiusmodi cuʒ alumie. et similibꝰ: et similiter emplastratio cũ folijs acetose ⁊ ramis eius bulitis cũ vino. ⁊ emplastratio cũ boloarmeno ɔfecto: aut sirupo acetoso: aut cucurbita sicca adusta aut arnoglossa cum sanieb aut folijs oliuarum.

In parte ista explicat in speciali locales medicinas cõferentes vlceribus corrosiuis in qbus est possibilis curatio cũ medicinis que medicine in hoc ɔueniunt ꝙ ipse exiccatiue sunt vt humiditatẽ retentã in vlcere corrosiuo consumant ⁊ ifrigidatiue vel alteratiue ɔplonis male existant vt phibeant ne in vlcere amplior fiat ambulatio ⁊ corrosio: ⁊ cũ hoc etiã stipticitate pticipent vt p stipticitatẽ phibeant fluxum humoꝝ ad locũ siue ad vlcus. Et duo facit. Primo cõnumerat aliquas medicinas cõferentes talibꝰ vlceribus: vt hec vlcera cõparantur ad putrefactioneʒ. 2ᵒ explicat in gnãli que medicine sunt maxime conferentes talibus vlceribus absolute. scđa ibi. (Amplius melior curatio eoꝝ.) Dicit ĝ cõfert corrosiuis in qbus nõ est putrefactio embrocatio cũ aqua frida. Et itellige ꝙ Auicen. nõ itelligit ꝙ aqua frida intus apponat̃ in vlceribus. q: in oĩbus inqum vlcera sunt nocet friduʒ ⁊ pcipue fridum intensum sicut frigidũ aque. Vñ Ypp. Frigiduʒ in vlceribꝰ mordax. Sed itellige ꝙ embrocatio fiat in circuitu. ⁊ id precipue debet fieri quãdo in membrũ esset veniens caliditas: ita vt per venientẽ caliditatem que est in membro contingat ꝙ humiditates que sunt in membro fiant acute ⁊ corrosiue. Tamẽ intelligo ꝙ vtplm non est conueniens administratio aque frigide pure ppter id ꝙ ipsa nocet vlceri inq̃tum vlcus est ppter id ꝙ ex ipsa nimia ifrigidatione poros constringit. Dixit etiã signanter Auic. in qbus non est putrefactio ppterea q: si cũ tali vlcere corrosiuo cõiungeret̃ putrefactio non esset conueniens. nam putrefactio maxime auget̃ ex humido cuʒ putrefactio in humido icipiat. vnde videmus ꝙ quãdo membrũ incipit putrefieri in mollitiẽ tendit. ⁊ ppterea q: aqua humectat nõ est conueniens quãdo est putrefactio. sed tũc cõueniũt ea que maxime exiccãt adeo ꝙ in putrefactione quando iam est in vlcere q: magis curamus de exiccatione administramus ea que vehemẽter exiccãt: dato ꝙ caliditate participẽt sic est aqua maris ⁊ similia vt ipse dicit. Amplius melior curatio. s. que conuenit vlceribus corrosiuis vnde corrosiua sunt est administratio stipticoꝝ ⁊ exiccantium ⁊ infrigidantiũ. ⁊ hoc ideo qm̃ ex hoc aggregant oẽs itentiones que cõueniunt in curatione vlceris corrosiui. sunt enim hec pmutatiua male complonis membri ⁊ humoris: ppter quã accidit corrosio: ⁊ et rõne exiccatiõis sunt cõuenientia vlceri ⁊ cõsumantia etiã humiditatẽ que corrodit. sunt etiã phibentia fluxus humoꝝ ad membrũ rõne stipticitatis quaʒ habet. ⁊ ideo ista inter oĩa medicamina talibus vlceribus supposito ꝙ in his nõ iũgantur alia accidentia sunt magis vtilia.

Curatio vlceꝝ putridoꝝ ⁊ maloꝝ. CAP. IX.

Horꝝ maloꝝ vlceruʒ curatio melior est mũdificatio corporis aut mẽbri ipsiꝰ si corpꝰ fuerit mũdum cũ eo quod mũdificat ipsuʒ soluʒ ex vẽtosis sanguisugis ⁊ epithimantibꝰ rectificantibꝰ cõpletiõem secundũ ꝙ diximus multotiens et similibus et cibo. Et nõ oportet vt sit dilatatio in curatione eoꝝ. nam eoꝝ putrefactio addit ipsoꝝ malitiã: et oportet vt prohibeantur eis apata calida. et de illis que eaʒ sedãt est semen iusqami albi cũ sanieb. et iteꝝ cũ huiusmodi vlcera supfluũt in corruptiõe fit necẽriũ vt eleuẽtur cuʒ cauterio cũ igne aut cũ medicamie acuto: aut cũ icisiõe: vt nõ remaneat nisi caro sana cognita p bonitatem sanguinis eiꝰ aut coloris ipsius et os sanũ album mundũ. Et medicamen qdeʒ acutũ accipit oẽʒ ostracitatẽ et extrahit ipsã et succurrit ɔplemẽto eius cũ butyro ponẽdo desuper vice vna post alia. ista. n. lʒ nõ sint fistule neq; ostracata: tamẽ sunt mala fraudulenta. Et fortasse fit necessariũ incidere membruʒ vt saluetur ex putrefactiõe sua. et embroce que ɔueniunt eis sunt sic aqua maris et aque predicte in ca. fistularuʒ. et cũ super ista vlcera et alia administrantur medicine oportet vt dimittãtur diebus aliquot et non soluantur.

In isto caᵒ Auic. oñdit modũ curatiõis vlcerũ in qbꝰ est putrefactio. ⁊ diuidit̃ ps ista in duas. In pᵃ pte oñdit mõs curatiõis istoꝝ vlcerũ. In 2ᵃ pte explicat nobis medicinas in spãli p q̃s ille modus curatiõis pficit̃. 2ᵃ ibi. (Et embroce q̃ ɔueniũt eis.) Pria in duas. p ponit modũ curationis vlcerũ in qbꝰ incipit apparere putrefactio ⁊ adhuc est modica putrefactio. 2ᵒ ponit modũ curatiõis vlcerũ qñ in eis ẽ putrefactio ɔfirmata ⁊ veniens et putrefactio. 2ᵃ ibi. (Et

iterū cū huiusmodi vlcera.) Que dicit in oībus istis pticu lis nota sunt ex pdictis. ꝛ ppterea nō curamus eas singu lariter exponere. Tūc cū dicit. Et embroce explicat in spe ciali medicinas q̄ istis cōueniunt. ꝛ duo facit. pmo ostēdit quales embroce sunt eis ꝯuenientes ꝛ qñ in eis necessarie sunt embroce. ꝛ hoc est qñ vlcera cū hoc ꝙ sunt vlcera pu trida hñt cauernas ꝛ abscōsiones in mēbro. 2° ondit qua les sunt eis ꝯuenientes q̄ administrant̄ in suba vnguenti vel pulueris. 2ª ibi. (Et sup vlcera ista ꝛ alia.) Qđ in pma pte dicit manifestū est. qꝛ embroce q̄ eis cōueniunt sunt q̄ vehemēter exiccāt qm̄ he remouent humiditatē a mem bro in quo inducit̄ putrefactio. vñ ꝛ tales preseruant a pu trefactiōe ꝛ remouēt putrefactionē. Et itellige ꝙ ex tali bus embrocis succederet supcalefactio. tunc oꝫ succurre re cū his q̄ membrū alterāt ꝛ exiccant ꝛ ipugnant caliditati eoꝝ. Scđa pars diuidit̄ in duas. qꝛ pmo ondit quanto tpe debeant pseruare tales medicie q̄ administrant̄ in talib⁹ vlceribus. 2ª ibi. (Medicie quas ꝛc̄.) Dicit ḡ pmo. s. vlce ra ista sunt in qbus est putrefactio ꝛ alia in qbus est simi̇̄ melācolia oꝫ vt dimittant̄ medicine diebus aliquot ꝛ nō soluant̄. ꝛ hoc ideo. Nā ex talibus medicinis cū hñt acui tatē aliquā ꝛ fortē exiccationē accidit in membris ex eis fortior ipressio vnde accidit humiditati melior exiccatio in qbus attenditur putrefactio. s; in vlceribus in qbus est sola itentio regeneratio carnis nō est bonū dimittere me dicamina tot diebus ꝛ nō soluere. qꝛ cum talia medicami na non sint fortis virtutis accideret nimia multiplicatio humiditatis in loco ex quo plus vlcus cōcauatur. ꝛ p ꝯñs etiā putrefieri posset. Tunc cum dicit.

¶ Et medicine quas oꝫ administrare in istis sunt sicut farina ordei ꝛ farina herbi cū aliquātulo aluminis aut caro pisciū salita sicca cū aliquan tulo medulle panis ꝛ aristologia ꝛ radix caulis ꝛ radix sicle ꝛ radix cucumeris asi. ꝛ semē lini ꝯtritū cū calcadis ꝛ hasce cū passis aut ficub⁹ cū melle aut empla cū cepa muris decocta cū mel le aut caulib⁹ aut cucurbita sicca cōbusta ꝛ fo lijs oliuarū recētib⁹. Cōpositū. Re. arist. ꝛ suc ci foliorū alcherua ambórum ana. ptē. i. floris eris ptē. ʒ. fiat ex eo linimētū cū aq̄ in spissitudie mellis. ꝛ fortasse est necessariū vt ꝯforteт̄ cum succo cucumeris asini. ꝛ alsurie ꝛ ponāт̄ desup pāni sicci. ꝛ iterū aristol. ꝛ gallaꝝ ꝛ olei eq̄les ptes: fiat ex eis linimētū vlceri ꝛ in circuitu ei⁹: aut calcis colcotar ptes eq̄les arsenici ptem. ʒ. Et iteꝝ alsurie ptes. xxij. colcotar. x. dragā. iiij. fiat ex eis linimētū: decoquātur in aceti fortis media cotilla donec ꝯsumat̄ acetū: deiñ sumat̄ ex eis infrātis ꝛ posta liniat̄ cū eis vlc⁹. Et iteꝝ sumant̄ colcotar dragāti amborū añ. xx. corti cū ferri. xvi. gallaꝝ pforataꝝ. x. aut sumat̄ salis ps. i. aluminis vsti ꝛ corticū eris abrotani vsti ps. ʒ. Emplastrū bonuꝫ sarcocolla calcucecau menon ꝛ gallarum ꝛ flos eris ꝛ aristo. aggre gentur cum aliquātulo glutini vt medicinis sit cōglutinatio ꝛ administretur post mundifica tionem vlceris. Medicamen vltimum exper tum: draganti rubei. xxiij. calcis viue. xvj. alu minis. xvj. corticū granatoꝝ. xvi. thuris ꝛ gal laruꝫ amboꝝ ana. xxxij. cere. cxx. olei antiqui co tila. i. Aliud bonuꝫ: plumbi vsti cum sulfure eris vsti ceruse plūbi turis merdasengi climie āmoniaci oppoponaci masticis oiuꝫ ana. ʒ. ij. adipis renuꝫ vacce resine glutinis alimbat olei myrtini cere omniū ana. ʒ. iij. soluantur que sol uenda sunt in quantitate equa ꝛ cōficiantur ea que soluuntur ꝛ que teruntur ꝯficiantur. Me dicamen conferens quod Gal. ꝛ alij aggrega uerūt Re. scorie eris. ℥. i. floris eris fricati. ℥. i. ce re lib. ʒ. paruā lindris. ℥. i. ʒ. fiat ex eis emplastrū ꝭm descriptionē suā soluantur ea que soluunt̄ ꝛ terantur ea que teruntur ꝛ addat̄ cera ꝛ mi nuatur ꝭm q̄ntitatem necessitatis ꝛ diligunt vt misceantur cum eo. ꝛ quādo fuerint vlcera dif ficilis sanationis administrentur in eis charte combuste. ꝛ medicamen andronij ꝛ cucurbi ta sicca combusta aut lana sordida combusta aut emplastrum foliorum cupressi aut foliorū dulb adustorum.

¶ In pte ista ponit has medicinas vtiles pdictis vlcerib⁹. Circa qđ itellige ꝙ ipse ponit diuersa medicamia iter ipsa in genere. ꝛ hec est diuersitas. qꝛ q̄dam exiccationē fortes hñt absq̧ hoc ꝙ causticēt vel corrodēt. Quedā aūt sunt q̄ acuitate multa pticipāt ita vt causticent vel corrodāt. pri mis qdeꝫ vtēdū est pcipue quādo membrū vlceratū inci pit tēdere in viā putrefactōis: nō tñ in ipso corrosio ē mul tū pfecta. Scđis aūt vtēdū est qñ carnē putrefactā a mē bro remouere opꝫ ꝛ times ne perambulet putrefactio. Et ista pars posset diuidi in tot ptes q̄t sunt medicamia q̄ ipe ponit. ꝛ cōsidera virtutē medicaminū ꝭm virtutē simpli ciū q̄ ipsa cōponunt: ꝛ tu scies modū rectū oiuꝫ ipsoꝝ. Nō eni itendimus examinare qđlibꝫ medicamē singulariter. plongaret eni opus nr̄m vltra ppositū. Dicit ḡ. Et medi camē ꝛc̄. calcadis. i. vitriolū albū. hasce. i. ysopus. alij expo nūt. i. santonicū. cepe. i. cepe squille folioꝝ alkerue. dr̄ ꝙ ē tornasole magnū. alsurie. i. vitriolū rubeum. colcotar. i. vi triolū citrinū. draganti. i. vitriolū viride ꝛ greci vitrioluꝫ ꝛ calcantū idē est folioꝝ dulba. i. nespili.

¶ Curatio eoꝝ que sunt difficilis consolidationis ꝛ alioꝝ que sunt in vltimo malitie. CAP. X.

Scias ꝙ vlcera difficilis cōsolidatiōis absolute sunt pter corrosiua ꝛ preter putrida sic est cōe pter ppriū. ipsa eni ambo sunt ambulatiua: ꝛ cū istis qñ non est ambulatio ꝛ stant ꝭm dispōnem suam per aliqđ spatiū. ꝛ ista sunt pter fistulas iterū: qm̄ opꝫ vt ipsa sint incidētia. ꝛ ad vltimū corro siua putrida. ꝛ fistule sunt ex summa difficilis ꝯsolidatiōis absq̧ ꝯuersiōe. Alieренati vo sūt vltima in corruptiōe i elōgatiōe ꝛ ꝯsolidatiōe.

¶ Prius Aui. docuit modū curatiōis vlcerū rōne quorun dā q̄ pñt cōponi cū vlcerib⁹ ꝛ reddūt ipsa difficilis ꝯsolida tiōis. in isto ca°. qꝛ sunt ēt alie dispōnes q̄ reddūt vlcera dif ficilis ꝯsolidatiōis phibentes ipsa a sanatiōe eoꝝ vult da re canōes in mō curatōis ipsoꝝ rōne oium aliarū disposi

tionũ que possunt iungi cũ vlceribus ⁊ faciũt ipsa diffici lis cõsolidatiõis. ⁊ sic pcedit. In pma pte ipse ponit modũ curatiõis taliũ vlcerũ. In scda pte circa quãdã illarũ cau sarũ puta circa fistulã: q: fistula est vnũ ex vlceribus diffi cilis ↄsolidatiõis ponit caplm spãle de modo curatiõis il lius. ibi z². (In fistulis ⁊ earũ indicijs.) Pria in duas. In pma pte ostẽdit q pter corrosiua vlcera ⁊ putrefactiua ẽt sunt alia vlcera que sunt difficilis sanatiõis ⁊ cõsolidatio nis lz corrosiua ⁊ putrida sint ẽt de numero difficulter cõ solidabiliũ. In scda pte ostẽdit modũ curatiõis taliũ vlce rũ q sunt pter corrosiua ⁊ putrida ⁊ sunt etiã de nũero vl cerũ difficilis ↄsolidationis. z² ibi. (Et cañ. in curatiõe vl cerũ.) In pma pte vult hoc dicere Auicẽ. q vlcera diffici lis ↄsolidationis gnãliter non sunt solũ corrosiua ⁊ putri da: imo ad qdã alia se extendunt. ⁊ ppterea vlcera diffici lis cõsolidatiõis se habẽt ad vlcera corrosiua ⁊ putrida si cut cõe ad ppriũ. ⁊ sicut supius ad iferius. Oia g corrosiua ⁊ putrida sunt difficilis cõsolidatiõis: ⁊ tñ nõ conuertitũ q oia vlcera difficilis cõsolidatiõis sint corrosiua ⁊ putrida. nã sunt qdã vlcera difficilis ↄsolidatiõis q nõ sunt corrosi ua ⁊ putrida. Nã in vlcere putrido ⁊ corrosiuo est ambula tio: s3 aliq vlcera sunt difficilis ↄsolidatiõis in qbus nõ est ambulatio. ⁊ iõ vlcera difficilis consolidatiõis cõparãtur ad corrosiua ⁊ putrida sic cõe ad ppriũ. sic vbi grã. oĩs hõ est aĩal. nõ tñ oẽ aĩal est hõ. q: est aliqd aĩal qd nõ ẽ hõ. ita ẽt oia vlcera corrosiua ⁊ putrida sunt vlcera difficilis con solidatiõis. nõ tñ oia vlcera difficilis ↄsolidatiõis sunt cor rosiua ⁊ putrida: q: pñt esse alterius maneriei. ⁊ hoc est qd vult dicere Auic. in pn°. cũ dicit. Scias q vlcera difficilis ↄsolidatiõis absolute sunt pter corrosiua ⁊c̃. Et subdit po stea. ⁊ ista sunt pter fistulas qsi p hoc vult dicere q ẽt vl cera difficilis ↄsolidatiõis cõparantũ sili mõ ad fistulas sic cõe ad ppriũ. nã oĩs fistula est vlcus difficilis cõsolidatio nis. nõ tñ oẽ vlcus difficilis ↄsolidatiõis est fistula. q: non o3 q in oi vlcere difficulter ↄsolidabili fiant accñtia q ap parẽt in fistula. ⁊ hoc est qd ipse subdit. Qm̃ nõ op3 vt sint icedentia. ⁊ istud põt dupl̃r exponi. vno° q nõ o3 vt vlcera difficilis ↄsolidatiõis oia sint incedentia. i. pfundantia se in mẽbro ⁊ habẽtia ↄcauitatẽ in mẽbro sic hʒ fistula. Uel aliter vt qdã habẽt aliã lrãm. Qm̃ nõ o3 vt sint sudãtia. ⁊ tũc exponitũ. i. q nõ o3 vt qlibȝ vlcera difficilis ↄsolidatio nis sint sudãtia. i. ab eis resudet mltitudo virulẽtie sic resu dat ex fistulis. s3 hñt in se aliã dispõnez pter quã difficul ter ↄsolidantũ. sic g vlcera difficilis cõsolidationis in plus se habẽt q vlcera corrosiua ⁊ putrida ⁊ fistule. oia eñi ista sunt difficilis cõsolidationis. nõ tñ qdlibet vlcus difficilis ↄsolidatiõis est aliqd istoꝝ. q: põt eẽ pter ista. ⁊ hoc est qd vult dicere Aui. cũ subdit. Et ad vltimũ corrosiua ⁊ putri da ⁊ fistule sunt ex summa difficilis ↄsolidatiõis absq3 cõ uersione. i. absq3 hoc q fiat ↄuersio. puta q oia vlcera dif ficilis ↄsolidationis sint aliqd illoꝝ sicut nos diximus q oĩs hõ est aĩal. nõ tñ ecõuerso. q: nõ omne aĩal est hõ. ita q ibi nõ fit cõuersio. q: nõ omne vlcus difficilis cõsolidatio nis est aliqd istoꝝ. Et totũ hoc Auic. nõ dixit ob aliud nisi vt ostẽderet q pter istas dispõnes sunt etiã alie dispõnes que faciunt vlcera difficilis cõsolidationis. vñ oportebat caplm facere de mõ curationis illoꝝ preter caplm in quo traditur curatio vlceruȝ corrosiuoꝝ ⁊ etiam putridoruȝ ⁊ etiam fistularum. Et subdit postea. Algeromati sunt vlti ma in corruptione ⁊c̃. quasi velit dicere q illa vlcera que curabantur ab illo Algeromati philosopho erant vltima in corruptione ⁊ vltima in difficultate ↄsolidationis. cau sa aũt difficultatis cõsolidationis eoꝝ nõ erat nisi aliqua causarũ quas hic Auic. ponet ⁊ docebit modũ curationis eoꝝ qñ. s. illa cã ẽ valde in malitia vltimata. ⁊ hec ẽ itẽtio Auic. in isto. q̃. lz dicantũ vba obscura. Deide cũ dicit.

¶ Et canõ in curatiõe hoꝝ vlcerũ est vt si causa fuerit malitia ↄplõnis rectificetur: aut si fuerit malitia sanguinis ponatũ cibus qui generet san guinẽ bonuȝ contrarium illi aut paucitas eius multiplicatio ei⁹ ⁊ dilatatio in cibo bono. Et si cã fuerit mollificatio ⁊ sordidatio: tunc cura curatiõe mollis ⁊ sordidi. Et si cã fuerit exicca tio supflua ⁊ nõ fuerint fistule adhuc: tunc cu ra cum humectatiõe equali. Et de eo qd bonũ est in illo est vt facias ea sudare cum aqua cali da vsq3quo sudet membrũ ⁊ rubeat ⁊ infletur: deide abstine ⁊ nõ pertrãseas illam qñtitatem: qm̃ attrahes cũ eo mãm plurimã ⁊ nocumẽtũ maximũ ad membꝝ. Et fac vt medicamẽ post illud sit minoris exiccationis. ⁊ fortasse cõfert ponere pãnos ifusos aq̃ tepida. Et qñ3 ẽ neces sarium fricare vlcus ⁊ fricare membrũ eius ⁊ administrare emplastra attractiua picea. Et si cã fuerit malitia dispõnis accidentis ei qd con tinetur cuȝ eo de carne: cura cum eo qd sciuisti ex scalpellatiõe ⁊ extractione sanguinis ⁊ suc cursu cũ exiccatiuis. ⁊ si cã fuerit vitis ambula tiua incide eaȝ ⁊ fac currere sanguinẽ eius: aut extrahe eaȝ: qm̃ multotiens facit qescere illud ⁊ si fuerit repletio tunc incipe cuȝ flobotomia ⁊ euõne humoris eius melãcolici si fuerit: de ide obuia viti ⁊ fac currere ex ea sanguinẽ quã tum tibi possibile est vt nõ accidat ex obuiatio ne tua adiuicẽ quod est deterius vlcere primo. deide cura vulnus qd accidit ex vite: postea vl cus difficile. ⁊ si cã fuerit debilitas membri ⁊ illud est ppter malitiam complõnis superflue elongate ab equalitate quã existimamus ex ca lore et frigore: et qd sequitũ cõplexiones ex rari tate supflua: aut spissitudine vehementi: et pri muȝ est vt sequatũ caliditas et humiditas: et se cũdũ frigiditas et siccitas oportebit vt curetũ fa ciens illud cũ ↄtrario. Et multotiẽs quidẽ cõti git q causa est a caliditate attrahẽte materiam ⁊ mittẽte eam ⁊ sunt necessaria in curatõe eius infrigidantia stiptica. Et si causa fuerit fistula tunc cura curatione fistule.

¶ In parte ista tradit canones in modo curationis taliũ vlcerũ difficilis ↄsolidationis ⁊c̃. Et duo facit. pmo tradit hos canones in modo curationis vlcerũ hoꝝ fm quãlibȝ dispõnem q põt cõiungi cũ vlcere que reddit ipm difficia lis cõsolidationis. In scda parte Auic. explicat in spãli me dicamina cõferentia vlceribus difficilis ↄsolidationis fȝ plurimas dispõnes ẽt que plm fiunt. z² ibi. (Et medicine pparate ad difficultatẽ ⁊c̃.) Prima pars diuiditur in tot quot sunt canones quos dat in modo curationis istoꝝ fȝ diuersitatẽ dispõnũ que coniunguntũ cũ vlceribus que fa ciunt ipsa difficilis cõsolidationis. Primo g dat canonẽ in modũ curationis eoꝝ qñ causa ipsoꝝ est malitia complo nis membri. scdo qñ causa ipsoꝝ est corruptio que accidit

in sanguine contẽto in carne ꝓpter quã corruptionẽ caro incipit denigrari vel liuescere. 3°. qñ causa ipsarũ sunt varices que sunt in membro. 4°. qñ causa ẽ debilitas membri. 5°. qñ in causa est fistulatio eius. 6°. qñ in causa ẽ corruptio ossis. 7°. qñ in causa huius est putrefactio venarum ꝓpter quã vlcera antiquantur in mẽbro. 2ª ibi. (Et si causa fuerit malitia dispõnis.) 3ª ibi. (Et si causa fuerit virus.) 4ª ibi. (Et si causa fuerit debilitas.) 5ª ibi. (Et si causa fuerit fistula.) 6ª ibi. (Et si causa fuerit corruptio ossis.) 7ª ibi. (Et dixit hic ꝙ quãdo putrefiũt vene.) Prima in duas. pmo ponit canones curatiõis istoꝝ quãdo in causa est mala complo absolute cõtenta in carne. ⁊ cuꝫ hoc etiaꝫ quando sanguis est malus vel paucus. scdo in spãli dat canões quãdo in causa est mala complo sicca vel humida. 2ª ibi. (Et si causa fuerit mollificatio.) Prima diuidit in duas. pmo ponit modũ curationis quãdo in causa est mala complexio humida. 2°. quando in causa est mala complo sicca. 2ª ibi. (Et si fuerit causa exiccatiõis.) Quod in omnibus istis particulis dictũ est quasi per se manifestũ est. qꝛ semper docet modũ curatiõis vlcerũ ꝑ oppositionẽ cause que facit vlcus difficilis cõsolidationis. Dicit g. ⁊ cañ. ⁊c. Et si causa fuerit mollificatio. i. humiditas virulenta ⁊ pro vel sordidatio. i. sordes tunc curet curatione vlceris virulenti vel sordidi. ⁊ istoꝝ curatio est ꝑus habita. ⁊ si causa fuerit exiccatio plurima ⁊ non sunt adhuc fistule addit illud significatũ Auic. qꝛ quãdo caro est exiccata sicut est fistula tunc nõ põt amplius rectificari qm̃ iam facta est dura vel obstractũ. vnde ibi non est cura alia nisi remotio vt apparebit in curatiõe fistularũ. Sꝫ quãdo adhuc nõ est exiccata neq3 indurata tunc põt adhuc rectificari ⁊ reduci ad dispõneꝫ nãleꝫ. Et si causa fuerit dispõnis malitia accidẽtis ei quod ꝯtinet cũ ea de carne. vt verbi grã. si caro denigratur vel incipit nigrescere vel liuescere ꝓpter mortificationẽ sanguinis cõtenti in carnẽ. Et si causa fuerit vitis. i. varices existẽtes in membro. nã in membro in quo sunt varices si accidat vlceratio difficilis est cõsolidationis. ⁊ hoc propterea qꝛ ex varicibus ministratur sanguis malus melãcolicus ad vlcus qui cõsolidationẽ ipedit. ⁊ ꝓpterea ponit curã vlceris vt ꝑus euacuet sanguis ille melancolicus ex corpore si fuerit repletio ⁊ ex venis illis varicibus q̃tũ possibile est vt nõ accidat effusio sanguinis corrupti melancolici ad vlcus qui impediat consolidationẽ ipsius. Et pmuꝫ est vt sequat caliditas ⁊ humiditas. ⁊ 2°. friditas ⁊ siccitas. i. pmũ est rarefactio que ꝯtingit mẽbro propter quã virtus membri debilitatur sequtur complonem calaꝫ ⁊ humidaꝫ in ipso. ⁊ scdm. i. spissitudo superflua que est in membro consequitur complexionem frigidam ⁊ siccam. quoniam frigidi ⁊ sicci est inspissare sicut calidi ⁊ humidi est rarificare. Deinde cũ dicit.

¶ Et si causa fuerit corruptio ossis qδ sequitur ipꝫ incidemꝰ ⁊ deregemus ab osse. Et si fuerit posse auferre illud qδ est super ipm cũ fricatiõe faciemꝰ ⁊ subtilissime ingremꝰ: ⁊ si non incideimus et faciemꝰ illud cꝰ expõ est i ca. corruptionis ossis. Ingt Ga. Fuit adolescens hñs fistulaꝫ in pectore suo que iã ꝑuenerat ad os quod ẽ in medio cassi sui. detexĩmꝰ ergo ab osse cassi totũ illud qδ continet ipꝫ et inuenimꝰ iã aduenisse corruptionẽ: et fuit nobis necessariũ icidere ipm et fuit locꝰ corruptꝰ ex eo locus sup quẽ figitur suspensoriũ cordis. postq̃ ergo vidimꝰ illud steti͂mꝰ statiõe vehemẽti i ablatiõe ossis corrupti ⁊ fuit finis noster dimittere pãniculũ tegẽteꝫ ipm de intus et ꝓuare ipꝫ ꝓm saluteꝫ suã: et fuit illδ qδ cõtiuatur de hoc pãniculo cũ casso iã putrefactũ. Iterum ingt: et nos aspeximꝰ ad cor aspectu manifesto sicut illud qδ vidimꝰ cũ deteximus ab eo cũ voluntate cum anatomia. Inquit. Sanatꝰ ẽ ergo iste adolescens et nata est caro i illo mẽbro qδ incisimus ex casso donec repletũ est. et continuatuꝫ est adinuiceꝫ et factũ ẽ stans inter velamẽ cordis et velamẽ ipꝫ sicut steterit cũ eo añ illud caput capsule cordis. Ingt: ⁊ nõ est hoc maiꝰ q̃ vulnera i qbꝰ respirat pectꝰ. ⁊ hic dixit ꝙ qñ putrefiũt vene ⁊ antiquãtur: tũc de eo qδ est rectũ est vt currat ex eis sanguis ꝓm quãtitatẽ que licita est in eis.

¶ In parte ista ostendit moduꝫ curationis quãdo in causa difficultatis ꝯsolidationis vlceris est corruptio ossis. ⁊ primo fac hoc. scdo qδ dixit declarat in quodã exemplo Gal. 2ª ibi. (Inquit Gal.) ⁊ planũ est quod dicit. Et dixit hic. s. Gal. quãdo putrefiunt vene ⁊ antiquantur. i. quãdo est putrefactio vsq3 ad venas ⁊ antiquant tunc vlcera de eo qδ rectũ est vt currat sanguis ex eis ꝓm q̃titatem multã que possibilis est ꝓpterea qꝛ sanguis contentus in venis illis tunc putrefactus est ⁊ corruptus. ⁊ ex antiquitate vlceris signũ est etiã ꝙ corruptio illa ꝑuenit ad multitudinẽ sanguinis qui est circa illa loca. ⁊ ꝓpterea existente sanguine illo impossibile est consolidationem fieri. vt ergo renouetur in vlcere sanguis laudabilis debet euacuari sanguis ille malus. Deinde cum dicit.

¶ Medicine vero ꝑparate ad difficultatẽ cõsolidationis i dñantibus dispositiõibus sũt sicut scoria eris ⁊ flos eris adustus ⁊ nõ adustus ⁊ scoria alchesebran: ⁊ scoria reliqui ferri ⁊ conglutinatio auri: fiant ex eis cerata ⁊ colcotar ⁊ dragantũ ⁊ que sunt eis similia cũ rebus ꝓhibentibus attractioneꝫ ad membrum si fuerit sicut sũt alumẽ ⁊ galle. ⁊ de illis qbꝰ curant ea q̃ sũt difficilis cõsolidationis est illud quod Re. climie ⁊ cõsolidationis auri ⁊ aluminis omnium ana. viij. floris eris ⁊ corticũ eris ana. i. gũmi cupressi. iiij. cere ⁊ olei alicuius q̃tum scis. ⁊ iteruꝫ sumant cere gũmi pini ana. vij. climie .iij. ⁊ colcotar. vi. ⁊ olei myrtini q̃truꝫ sufficit. ⁊ iteruꝫ decoquantur colcotar ⁊ climia cuꝫ aq̃ maris: aut aqua acreste: aut aqua in qua decocta sunt alchali ⁊ calx decoctione pauca ꝓm cõmixtionẽ nutritiõi eoꝝ i sole i estate: deĩde coletur ab eis ꝑter ꝙ fiat sal desup aq̃ maris: aut aq̃ alchali. ⁊ iteꝝ sumatur eris vsti ⁊ resine ⁊ salis gẽme oiuꝫ añ. ℥. ij. cere olei myrtini q̃tũ suffic. ⁊ ꝯferũt eis medicie fistulares qñ exiccant ⁊ terunt. ⁊ ex eis sunt farie herbi ⁊ yreos: ⁊ aristologia adusta ⁊ es vstũ ⁊ terra thuris ꝭꝫ diuersitatẽ quã meretõẽ corpus ex ꝯpõne. Medica-

men bonū fumantur limatura eris ꝛ limatura ferri ꝛ cōficiant̄ cū aq̄ aluminis ꝛ argillent̄ cū argilla rubea ꝛ adurant̄ in furno: deinde extrahantur ꝛ terant̄ ꝛ admīstrent̄ pulnerizata aut fiat ex eis ꝛ ex merdasēgi emplastrū. Modus empli aurei boni. Recipe. merdasengi aurei boni min. i. cere ꝛ radicis almezeriō an̄. aur. xxxvi. floris eris aur. xviij. limature auri crite limature almerdasengi an̄. aur. xl. olei antiq lib. iij. ponant̄ sup ipm in primis merdasengi ꝛ aurū ꝛ flos eris: deide reliq̄ medicine. ꝛ iterū sumant̄ ostracū furnoꝝ ꝛ cinis venarū ꝛ plumbū combustū ablutū ꝛ fiat ex eis emplm̄ cū oleo myrtino. Et oꝫ vt sit illud oleū ispissatū cū merdasengi. verbi gratia. ℥. i. ꝛ ex aceti acuti triplo ipsius ꝛ ex oleo aut olei myrtini aut olei anetini. ℥. i. moneant̄ cū facilitate dōec resoluatur merdasengi ꝛ ispisset̄ ꝛ nō adurat̄ ꝛ alierenati de eis cortices eris ꝛ flos eris: ꝛ calx abluta sine extinctione: fiat ex eis puluis ꝛ añcedat ꝛ liniat ea cū melle: deide pulnerizet sup ea húc pulnerē. corticū. eris ptes. ij. cere. x. dissoluant̄ digitis in sole ꝛ administrent̄ aut ceruse ꝛ aluminis ana viij. corticū eris sal gēme thuris floris eris corticū granatoꝝ oiuꝫ an̄. ptes. ij. calcis ps. i. cere x. olei myrtini q̄tū sufficit. ꝛ iterū merdasengi olei an̄. lib. i. gallarū nō pforatarū aristo. ana. ℥. i. ēmóiaci. ℥. i. minuti thuris. ℥. ij. fiat ex eis linimētū sup ignē ꝛ moueat̄ cū radice canne.

¶ In pte ista Auicē. explicat in speciali medicinas tā simplices q̄ cōpositas que curatiue sunt vlcerib⁹ difficilis cōsolidationis sm plurimas dispositiones eoꝝ ꝛ his que vt plm̄ cōtingunt. ꝛ oīa qdem medicamina que ponit in genere aut virtute exiccatiua multū pticipāt. aut virtute exiccatiua ꝛ absterſiua aut aliq̄ v̄tute corrosiua pticipant. ꝛ h ppterea q: vt in pluribus vlcerib⁹ difficilis cōsolidationis aut est aggregatio multe hūiditatis que idiget exiccatiōe forti aut exiccatiōe ꝛ abstersione forti aut est carnis corruptio ꝛ humiditas in loco vel corrosio que idigent medicaminibus acutis auferentib⁹ qd̄ in membro est corruptus. q̄ aūt sint ista medicamina examina p teipsuꝫ vidēdo virtutē simpliciū ex q̄bus ipsa sunt cōposita. Et posset ista ps diuidi in tot ptes quot pōit medicamīa. ꝛ pꝫ. Scoria aſernecan. i. scoria ferri de cōtrata illa qd̄ ē ferrū forte. Cōglutinatio auri ē id quo aurū cōglutinat̄. h aūt vt dr̄ ab Aui. in suo 2° canōe. q̄nq3 sibi cōuenit armoniacū. ꝛ q̄nq3 cōuenit cuidā rei q̄ fit ex vrina īfantiū mota in mortario eneo cū aceto in sole donec accidat cōglutinatio eius. ꝛ q̄nq3 generat̄ ex minera ex vapore ꝛ resolnit̄ in aq̄ calidā ꝛ deinde coagulat̄. ꝛ de isto maxīe hic itelligit Auic. Naꝫ vt dr̄ hoc medicamē eliquat carnē. ꝛ ē medicamē bonū in vlcerib⁹ difficilis cōsolidationis. olei q̄tum scis. i. q̄tum vides eē necīuꝫ. in corpore enī humido ꝛ in vlcere minus humido possumus plus ponere de oleo. in corpore vero sicco ꝛ vlcere humido minus oꝫ apponere. Alkili ē sal alkili cuius dispō scit̄ ab alkimistis. argillet̄ cū argilla. i. terra rubea. radicis almezereō. i. laureole. ostracū furnoꝝ. i. cortices muri fornacis. cinis venarū. i. cinis conculiarum marinarum

adustarum. omnia alia que dicit patent.

¶ Curatio fistulaꝝ ꝛ corioꝝ q̄ nō cōglutinant̄. CA. XI.

In fistulis vero ꝛ earū iudicijs ꝛ spēbus ipsarū iā est dictū qd̄ dictū ē. Verū qd̄ necessariū ē de regimie cursus virus ꝛ humiditatū corruptarum ab eis cuꝫ pparatione aut pforatione iā declarauimus iterū in locis ante hunc locū.

¶ Supius Auic. ośdit modū curatōis vlcerū difficilis cōsolidationis ratione cuiuslibet dispositionis que potest cōiungi cuꝫ vlcere que facit ipsuꝫ difficilis sanationis. In pte ista quia fistule sunt ex vlceribus maxime difficilis sanationis ꝛ precipue cura idigēt: vult docere modū curationis ipsoꝝ vlceꝝ fistulatoꝝ. Et diuiditur istud capitulū in duas partes. Pˀo ostēdit q ex p̄dictis quodāmodo in generali potest haberi modus curationis earū sm q fistule cōueniunt in multis cū p̄dictis vlceribus: quorū posita est curatio. in secūda pate ponit ppriū modum curationis earuꝫ. 2ª ibi. (Cura autē ppria fistulaꝝ.) Dicit ergo pmo. in fistulis vero ꝛ earū iudicijs ꝛ speciebus iam dictum est quid est necessariū facere in fistulis ad hoc vt hūiditates pfluāt extra ꝛ non retineant̄ in pfunditate vlceris ꝛ cuꝫ pparatione membri ꝛ cū mō icisiōis ꝛ pforatiōis iā dictū est in locis suis ante hunc locum. s. in caplo de cura cauernarum ꝛ absconsionū. Deinde cū dicit.

¶ Curatio aūt ppria fistulis diuersificat̄ iterū. Fistule. n. aut sunt recētes currentes: aut sunt antiq̄: quarū cōcauitates iā pfundate sunt in carne vehemēter. ꝛ iste q̄dē sunt difficilis curationis. nā illud qd̄ necīuꝫ ē in hoc ē acceptio illius cōcauitatis tot⁹ cū icisione eradicāte ex laterib⁹ cū nouacula aut alijs: aut p cauterium cū igne: aut cū medicamine: ꝛ illud ē paruū ꝛ ingētuꝫ ꝛ pprie q̄n ē in vicinitate nerui aut membri sublimis. Et forsasse eger est declinior ad hoc vt remaneat illud cū eo ꝛ toleret illud q̄ȝ vt patiatur eius curaꝫ. Et forsasse est pole vt exiccet̄ ꝛ corrodat̄ eius caro vnctuosa fraudulēta intra ipsam ꝛ exiccet̄ residuū carnis eius mortue ꝛ cōsolidet̄ ꝛ remaneat q̄ta spatio longo pter q sit adhuc cōsolidata itegre. et q vult illud oꝫ vt mūdificet fistulaꝫ a carne fraudulēta vnctuosa q̄ est in ea: deinde ipleat eā medicis exiccatiuis et dimittat eā cū dispōne exiccationis eius q̄ȝ ipsa remanet dū nō cadit timor in repletiōe aut humiditate cōplsonis aut aduentu aque aut situ iacendi sup eā doloroso: aut offensiōe: aut verberatione: aut tussi: aut tremore.

¶ In parte ista pōit moduꝫ ppriū curationis vlceruꝫ que vlcera sūt fistule. Et duo facit. in pma parte Auic. ponēdo diffinitioneꝫ fistulaꝝ ostendit difficultatē sanatiōis fistularū. ꝛ pcipue illarū que sunt antique. in secūda pte ponit moduꝫ curatiōis eaꝝ. 2ª ibi. (Et forsasse erit eger.) quod in pma pte dic̄ manifestū ē. Scda ps diuidit̄ in ptes duas. nā modus curatiōis fistulaꝝ ē duplex. q̄dā ē mendosus ꝛ nō pfect⁹. q̄dā āt ē pfect⁹ ꝛ ver⁹. Duo ḡ fac. p. n. ostēdit sm que modū pficit̄ modus curatiōis pmus. 2° ośdit s3 quē modū pficit̄ scd's modus curatiōis ipsarū. 2ª ibi. (De rōne

vero eradicatiõis.) Pria in tres. p õndit necitatẽ in qbusdã corporib⁹ pp quã aliqñ i fistulis oʒ vti tali mõ curationis q ẽ mẽdosus ⁊ nõ pfect⁹. In 2ª pte õndit talẽ modũ curatiõis ẽẽ poßez. in 3ª pte docet istũ modũ curatiõis. 2ª ibi. (Et fortasse ẽ poße vt exiccet.) 3ª ibi. (Et q vult id opʒ vt mũdificet fistulã a carne ⁊c.) que dicit in oib⁹ istis pticulis plana sunt itelligẽti q in pdictis sunt dicta. Deide cũ dicit.

¶ De curatione vero eradicatiõis eius et ipsi⁹ emulsionis scias φ cum ipsa est fraudulenta putrida antiqua nõ est medicamẽ nisi abscissio cuʒ adustione: aut cauterizare eoʒ cuʒ igne ſm φ ostendimus cũ pforatione meatus tortuosi iter meatus eius vt sciat itẽtio cauterij et penetratio cũ cautela intẽtiõis eius donec coqt vel cauterizet et abscidat. Et cauteriũ cũ medicis acutis est sicut sũt sal ãmoniacũ et arsenicuʒ et sulfur ⁊ flos eris: ⁊ argentũ viuũ est de summa eoꝝ. extinguatur argẽtũ viuũ ⁊ misceat cũ tanto limature ferri qñtum ipm est ⁊ alcbali qñtuʒ est eius medietas ⁊ calcis qñtũ est eius medietas ⁊ sublimet in alucbel aut pfocet in cbimia ſm φ sciũt illi q occupati sunt cũ boc ca. ⁊ sublimet sicut sal. Cũ ergo ponit ex eo sup fistulã ⁊ iflãmatur ⁊ assatur ⁊ sepat a carne qd recipitur cũ forcipibus ⁊ extrabat ⁊ assiduet cibatio mẽbri ex butyro vna bora post aliã vt quiescat dolor: deide curet curatione vlcerũ. De fistulis vero q ẽ recẽs currẽs oʒ vt abluat cũ medicinis fortibus sicut kitrã ⁊ aq cinerũ ⁊ aqua maris ⁊ sic salsa ⁊ aqua saponis pmixtis cũ ea arsenico ⁊ sale ãmoniaco ⁊ aqua sublimata ⁊ calcucecaumenon ⁊ sale ãmoniaco sicco ⁊ ex sansuco nõ currẽte ⁊ aq in q decoquunt alkali ⁊ calx corticũ ouoꝝ ⁊ calx.

¶ In pte ista docet verũ ⁊ pfectũ modũ curatiõis barũ fistularũ post quẽ modũ curatiõis nõ accidit ipsaꝝ reditio. ⁊ diuidit in qttuor ptes. In p⁹ pte docet remouere dispõnẽ pp quã in fistulis ẽ difficultas ɔsolidatiõis earũ. In 2ª pte õndit qd agẽdũ ẽ cũ remota ẽ dispõ mala pbibẽs ɔsolidationẽ eoꝝ. 3º. qꝛ aliqñ in tali vlcere cã addens ad maliciã ẽ ossis corruptio. dat canões ⁊ modũ curatiõis ei⁹ quãdo cũ ipsa ɔiũgit ossis corruptio. 4º. õndit vnũ ex signis q significãt sup rectũ modũ curatiõis earũ. ⁊ qñ ipe pcedũt in viã sanatiõis. 2ª ibi. (Et cũ appʒ caro bona.) 3ª ibi. (Et qñ ẽ ppe cã os.) 4ª ibi. (Et cũ videris bũiditates virulẽtas.) Pria ps diuidit i duas. In p⁹ pte qꝛ modus curationis vlceris qd ẽ fistula ẽ p ablationẽ ei⁹ qd in ipsa ẽ corruptũ de carne docʒ modũ ablatiõis ei⁹ qd corruptũ ẽ in ipsa de carne. ⁊ docet medicamĩa q b pficiũt. In 2ª pte ostẽdit medicamĩa q ɔueniũt qñ caro corrupta ẽ mundificata ab ipsa. 2ª ibi. (Cũ g mũdificata fuerit ponat sup ipsaʒ.) Pria in duas. p õndit p q oʒ remouere corruptionẽ carnis q ẽ i fistula antiqta. 2º. õndit sufficiẽter remouere corruptionẽ ei⁹ in fistula q ẽ recẽs. 2ª ibi. (De fistulis vo q ẽ recẽs.) Pria in duas. p õndit qlr fit remotio illi⁹ cũ cauterio fcõ cũ igne. 2º. õndit qlr remouet cũ causticatiõe fcã cũ medicinis ⁊ cũ qbus medicis. 2ª ibi. (Et cauteriũ cũ medicis.) q dic in istis pticlis q si oia sunt manifesta. ¶ Intelligẽdũ φ ex bis q Auic. dic appʒ φ nõ ẽ dñs in alio modus curatiõis fistularũ antiqrũ a mõ fistularũ recẽtiũ nisi qꝛ ad remouẽdũ corruptionẽ q ẽ in carne. in fistulis antiqs oʒ vti medicis acutioribus ⁊ fortiorib⁹. in fistulis vero recẽtib⁹ sufficiũt ad remouẽduʒ corruptionẽ illarũ ea q sunt debiliora ⁊ leniora. vñ in eis nõ ẽ necitas vti cauterio. ⁊ igne sicut ẽ necitas in illis vti. Et cã bui⁹ nõ ẽ ob aliũ nisi qꝛ in fistulis q antiqte sunt corruptio ẽ magis ipreßa i carne ⁊ in eis ẽt ẽ maior obstracatitas ⁊ durities q̃ꝫ sit in fistulis recẽtibus: ppter quã in illis ad remouendũ pfecte totuʒ id qd corruptũ ẽ oʒ vti acutioribus q̃ꝫ in recẽtibus.

Sed tunc aliquis dubitabit circa b. qꝛ Gal. ponit 3º ⁊ 4º de ige. sanita. φ tps in curatiõe nibil isinuat. nõ eni sic dic vlcus rõne q vetustũ ẽ ⁊ sub rõne q recẽs ẽ idicat aliũ in curatiõe debere fieri. g si tps nibil in curatiõe diuersuʒ idicat tũc fistula sub rõne q ẽ recẽs nõ aliud idicabit in curatiõe debere fieri. male g vr Aui. diuersificare medicamĩa in fistula antiqua ⁊ recẽti. ¶ Scdo aligs dubitabit p quẽ modũ caustica medicamĩa remouẽt ab vlcere id qd corruptũ ẽ. si enĩʒ remouẽt illã ptẽ sepando ⁊ diuidẽdo a pte sana: pp qd est φ statĩ qñ opatũ ẽ causticũ in carne illa ps carnis q causticata ẽ nõ decidit ab alia pte carnis q causticata nõ ẽ: sʒ stat ibi p aliqd tps: ¶ Ad pmũ dõm ẽ φ tps põt duplr cõsiderari. Uno⁹ vt tps dicit solũ mẽsurã quãdã mẽsurãtẽ extensionẽ ⁊ pdurationẽ ipsius morbi. ⁊ isto mõ a tpe in morbo nulla sumit idicatio curatiua. ⁊ isto mõ dicebat Gal. in 3º ⁊ 4º de ige. sani. φ vlcus cui accidit corrosio ex malis bũoribus nõ idicat aliud a pncipio sui ⁊ trãsactis qttuor mẽsibus. ppterea qꝛ isto mõ eadẽ ẽ dispõ ei⁹ in pn⁹ ⁊ transactis qttuor mẽsib⁹. Alio⁹ põt ɔsiderari sʒ φ in tpe icludit aliq dispõ morbi: sic isto mõ dicim⁹ φ morb⁹ diuidit in qttuor tẽpora ſm diuersas dispões q attendunt in morbo put est in pncipio augmẽto statu vel declinatiõe. ⁊ isto mõ a tẽpore sumit indicatio curatiua. vñ isto mõ nos dicimus φ aliud ɔuenit in pncipio morbi: ⁊ aliud in augmẽto ⁊c. Et b mõ itelligẽdo tẽpus dicimus φ alius modus ɔuenit vlceri recẽti: ⁊ alius vlceri antiquo. nõ qdẽ rõne tpis vñ tẽpus ẽ. sʒ qꝛ ex tpe sumim⁹ idicationẽ φ dispõ q est in vlcere qñ antiqtur peior ẽ in mẽbro q̃ꝫ in vlcere qd nõ ẽ antiquũ. ⁊ ppterea fortior mũdificatio ẽ q debet fistule antiq in membro q̃ꝫ recẽti: nõ qdẽ rõne tpis. vñ supposito φ vlc⁹ ẽẽt eiusdẽ dispõnis qñ antiqtũ ẽ: ⁊ qñ ẽ recẽs: idẽ modus curatõis posit⁹ debet: sʒ debet ali⁹ modus medicamis. qꝛ ex tpe sumit idicatio de maiori ⁊ minori corruptiõe ipsius. ppterea Gal. 4º de ige. sani. dixit φ ex tpe ppe nlla sumit idicatio curatiua. tñ tps aliqñ ẽ notitia morbi. i. dispõnis morbi pp quã dispõnẽ morbi diuersaʒ in diuersis tpib⁹ debet diuersus modus corruptiõis. ⁊ b mõ b innuit Aui. aliũ modũ medicatõis fistularũ rõne tpis ei⁹. sʒ Gal. 3º de ige. sa. itellexit eo mõ q dcm ẽ. ⁊ ista ps sufficiẽtissime ⁊ late dclarata fuit in expõne quã icepim⁹ facere sup quartã fen. pmi canõis Aui. quã deo ɔcedẽte adbuc ɔplere itẽdim⁹. ¶ Ad 2ᵐ dubiũ dõʒ ẽ φ medicia caustica remouet p bũc modũ ptem carnis corruptã ab alia pte. ¶ Iux. qd ẽ itelligẽdũ φ tria sũt gnã mediciarũ qb⁹ maxie vtimur ad rẽouẽdã aliquaʒ ptẽ subẽ mẽbri. s. corrosiua putrefactiua ⁊ caustica. Differũt ãt be medicie. qꝛ medicia corrosiua dr ẽẽ illa de c⁹ pprietate: vt dcm fuit pus: ẽ φ pp acuitatẽ quã bʒ resoluit ⁊ ɔsumit bũidũ mẽbri sic φ pp resolõnẽ bũidi diminuit de suba carnis ⁊ vlcerationẽ auget in mẽbris: sic ẽ flos eris. ⁊ ppterea tales medicie sunt sube subtilis. qꝛ pp subtilitatẽ penetrãt in bũidũ mebꝛ ⁊ ipʒ resoluẽdo diminuunt: ad c⁹ diminutionẽ seqt eliqtio ⁊ diminutio carnis. Medicia ãt putrefactiua dr ẽẽ illa q ex sui obuiatiõe ad mebꝛ corru-

pit spiritum existentem in membro illo ⁊ humiditatem illius membri ita vt caro que continuatur ab illo humido non amplius conueniens est vt sit pars illius membri nō tamen ad hoc peruenit vt illam humiditatem resoluat ⁊ consumat immo dimittit in membro illaȝ humiditatem in qua accenditur calor extraneus ⁊ putrefit. sȝ medicina caustica debet esse illa que ex sui vehementi caliditate habet vt adurat carnem ⁊ cuteȝ ⁊ faciat ipsam escaraȝ: quēadmodum facit ignis. ⁊ ista est que vehementem caliditatem habet cum grossitie substātie sicut carbo ignis: ꝓpter quam caliditatem vehementem ⁊ substantie grossitiem accidit vt illud quod obuiat inflammetur ⁊ assatur ⁊ consumitur humidum subtile. ⁊ reliquum remanet grossum adustum ad modum escare sicut facit calx ⁊ draganthuȝ ⁊ colcotar. Sic ergo appareȝ quomodo corrosiua putrefactiua ⁊ caustica remouent partem aliquaȝ a membro. ⁊ Auicen. non distinguit iter has medicinas sed eas simul commiscet vt plurimum ad remouendum carnem corruptaȝ.

¶ Si ḡ dicatur ꝓpter quid caro causticata non amplius est habens vitam illius membri. neq̧ est pars illius membri. neq̧ statim decidit a membro illo. ¶ Dicendū ꝙ causa est quia iste medicine non remouent parteȝ a membro sicut facit gladius per incisionem talem. sed hoc faciunt alio modo vt visuȝ est. vnde adhuc pars causticata vel putrefacta vel corrosiua quia non ex toto in ipsa est consumptio humidi propter humiditatem quam habet que continuatur quoquo modo cum humido alterius partis. adhuc cum membro adheret donec accidit in processu ꝙ nō amplius regatur humidū eius a calore naturali quod humidum finitur cum quo continuationem habet cum altera parte. ⁊ tunc cadit. Ad hoc autem mollificatio adiuuat propter quam lubricat citius hec pars corrupta. Propterea auctores post operationem horum medicaminuȝ precipiunt apponere ea que mollificāt ⁊ humectant sicut butyrum ⁊ similia. ⁊ precipue qr valentia ad illud adiuuant etiam ad sedationē doloris. Deinde cū dicit.

¶ Cum ergo mundificata fuerit ponatur super eam medicamē de kerua. ⁊ emplastrum de arsenico reiterato in medicinis algarab est mirabilis iuuamenti. ⁊ medicamen Halie. alcartusin: ⁊ medicine composite ex draganto ⁊ calcadis ⁊ ere vsto ⁊ flore eris ⁊ que sunt similia illis ⁊ ex centaurea et farina herbi et yreos et surnctas. et iam experta est radix scolopendrie. nam ipā cuȝ fistula impletur ex ea sanat ipsaȝ: et similiter cum fistula impletur ex elleboro itērum et dimittitur tribus diebus sanat ipsam. et similiter alsenū: et similiter succus cucumeris agrestis cum glutino alborum aut succus radicis almaroch aut flos eris aut ammoniacuȝ et calcadis et dragantuȝ et colcotar et gummi cū aceto. Aut sumatur vrina infantium et sine cessatione teratur in mortario plumbeo donec inspissetur et exiccetur et administretur. Medicamen quo vtuntur illi de alexandria. oppoponaci draganti assari et colcotar et floris eris et aluminis omnium ana pars vna cantaridaruȝ pars. 5. fiat puluis aut emplastrum aut aggregetur cum aceto in quo decocte sunt cātarides et forte asse ponitur cum eo mel. et iteruȝ sumātur aloes et flos eris et merdasengi et cortices ouorum calcinati quod est eis fortius plurimū et permisceantur. et iterȝ medicine fortes quas diximus in capitulo eorum que sunt difficilis cōsolidationis. Et cum apparet caro bona administra conglutinantia facientia nasci carneȝ. Et quando est prope eam os corruptum tunc oportet vt rectificetur ⁊ curetur curatiōe sua. Et cum vides humiditates virulentas minorari aut saniosas redire tunc iaȝ curatio cōfert.

¶ In parte ista ostendit qualia medicamina conueniunt cum est ablata ⁊ mundificata caro corrupta. ⁊ ista medicamina conueniunt: ⁊ omnia que forti abstersione ⁊ exiccatione participāt: vt si quid corrupti remanserit remoueatur ab ipso: ⁊ etiam humiditates subtiles grosse que profluunt ad vlcus continuo abstergantur ⁊ exiccētur ab eis: quousq̧ sit hora nascētie carnis. ⁊ patet quod dicit in medicinis algherab: idest fistule lacrimalis surnctos: idest cathimia que adheret fundo vasis abstruit: idest quedā species cathimie radicum almaroch: idest lingue bouis. oīa alia que dicit sunt manifesta ex dictis.

¶ De carne addita super vlcera. CAP. XII.

In curatiōe illius sunt necessarie medicine abstersiue ⁊ exiccatiue ⁊ quanto magis sunt minoris mordicatiōis tāto sunt meliores. Et oportet vt nō expectetur hic de adiutorio nature quod expectatur in nascentia carnis: nascentia eniȝ carnis est opus nature. Et omne qḋ natura nasci non facit siue fit cum adiutorio medicine aut absq̧ eius auxilio est contrarium operationi nature. propter illud igitur oportet vt sit plurimum sustentationis super medicinam.

¶ Quia multotiens in vlceribus superexcrescit caro propter cuius crementum impeditur consolidatio eius. Idcirco Auicen. in hoc capitulo vult dicere modum ablationis ⁊ remotiōis istius carnis superflue. ⁊ duo facit. In prima parte ostēdit qualis virtutis in genere debēt esse medicine que hoc perficiunt. ⁊ comparat in hac comparatione opus nature ad opus medici vel ad opus quod faciunt medicine omnes. quia in hac actione. s. diminutione carnis principale operans sunt medicine ⁊ non natura. In secunda parte explicat medicinas que sunt conuenientes ad hoc opus. secunda ibi. (Et scias ꝙ trocisci facti ad hoc.) Dicit ergo primo. In curatione illius ⁊c. Et quanto sunt minoris mordicationis tanto sunt meliores. propterea quia dolor est vnum ex his que prohibent consolidationem vlcerum. ⁊ est causa apostematis eius. ⁊ propterea quanto minus mordicant quia minorem dolorem faciūt tanto sunt meliores. Et omne qḋ natura non facit nasci: idest omnis operatio in qua natura non facit nasci carnē. sed est cōtraria nascētie carnis sicut est diminutio ⁊ ablatio carnis siue ista operatio fiat cum auxilio medicine vel absq̧ eius auxilio sicut cuȝ ferro vel cum igne est contraria. s. ista talis operatio operationi nature. Nā opatio nāe in vlcere est alteratio sanguinis ⁊ cōuersio ipsius in membrū ꝗtū est possibile. sed opatio in qua fit cōtrarium huius est operatio cōtraria operationi ꝑncipali nature. quapropter vt ista opatio ꝑncipalis fiat ab opatiōe medicine vel ab alia re extrinseca ⁊ non a natura. Et hoc est qḋ dicebat

Gal.tertio de ingenio sanitatis. Carnem creare ⁊ consolidare cũ actione fiunt nãe.medicĩe.n.in his nihil agũt nisi ꝙ ea q̃ nãm ipediunt expellunt. Amputare vero ⁊ incidere superfluã carnẽ nõ fiunt actione nãe: sed cũ medicinis fortiter exiccantibus ꝛc. Deinde cum dicit.

¶ Et scias ꝙ trocisci facti ad hoc non conferũt illi quod ex ea antiquum est: imo recenti. Et si ex eis fuerit aliquid necessariũ tunc oportebit vt in faciendo trociscos sit cõseruatio ⁊ reponant in loco quẽ nõ corrumpat aer.

¶ In parte ista Auicen. explicat medicinas que sunt cõuenientes ad hanc operationẽ. ⁊ tria facit. In pmã pte ostẽdit in quo cõferunt he medicine que cõsueuerunt fieri et conseruari in quadã forma trocisci. scdo ostendit de quodam medicamine speciali quod cõsueuit laudari: ⁊ ondit quid in ipso sit obseruandũ. tertio in speciali explicat medicinas que ad hoc sunt vtiles. scda ibi (Et iam laudate sunt ad hoc feces aceti) tertia ibi (Et medicamen quidẽ qd est grossius.) In pmã parte vult dicere ꝙ trocisci qui fiunt ad talem consumptionẽ carnis reseruentur. verbi gratia. sicut sũt trocisci calidichon: quos ponit Almãsor: ad carnem minuendam non conferunt vt plurimum nisi ad carnem superfluã induratã. per hoc vult dicere Aui. ꝙ iste medicine diminutiue carnis quando componũtur adinuicẽ ⁊ reseruantur in aliqua forma sicut forma trocisci. tunc quia virtus earum alteratur ⁊ corrumpitur ab aere tales trocisci reseruati virtutem habẽt debilem. vñ non remouent nisi carnem mollem superfluam. Et ppterea quãdo volumꝰ ꝙ remoueatur caro dura antiqua debes accipere medicinas ⁊ ipsas de nouo componere ⁊ apponere in loco vbi virtutẽ habuerint fortiorẽ. ⁊ hoc est quod vult Auicen. hic. Et subdit ꝙ isti trocisci tanto hñt maiorem virtutem: quãto conseruãtur in loco in quo minus ab aere corrumpuntur. ⁊ hoc fit vt reponantur in vase vitreo ⁊ in loco sicco: quoniaꝫ vas vitreum phibet eos a resolutione que fit ab aere. quia non sic ipsum penetrat ⁊ non accipit aliquid ex virtute ipsorũ sicut vasa fictilia nec commisceat eis aliquid aliud sicut faciunt vasa facta ex ligno. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iaꝫ laudate sunt ad hoc feces aceti: sed illud non est apud me penitus sanum: ⁊ facere eos trociscos ⁊ formas similes auellanis ẽ magis conseruans virtutem. Et vero dicit̃ ꝙ ipsa indiget vt imbibatur aqua calida de arsenico ⁊ alijs est illud qd preparat eam ad resolutionẽ virtutis ⁊ adiuuat aerẽ corrũpentẽ eam.

¶ In parte ista de quodam medicamine in speciali qd adhuc consueuit laudari ostendit quid est obseruandũ. ⁊ dicit ꝙ iam laudate sunt ad hoc feces aceti. s. ad minuendũ carnem superfluã. sed illud apud me nõ est sanũ. ¶ Iuxta quod intellige ꝙ de fecibus vini est conuenienter traditũ a Serapione in suo libro de simplicibus: ⁊ ab alijs: ꝙ cum ipse aduruntur habent virtutem putrefactiuã et diminutiuam carnis. sed de fecibus aceti non sic inuenitur. Uerum est quod dicit de fecibus vini ꝙ debẽt administrari cito. quia post modicũ tempus resoluitur virtus earum. Tunc ergo id quod dicit apud me non est sanum dupliciter potest exponi. Uno modo vt dicat ꝙ feces aceti forte nimia mordicatione participant. ⁊ pcipue sunt nociue si vlcus esset in neruis: quoniã neruis maxime nocet acetũ. Aliter põt illud dictum exponi. s. ꝙ illud apud me non est sanum. hoc est ꝙ tales feces non sunt conueniẽtes quia non habent virtutẽ sufficientẽ: propterea quia cito destruitur earum operatio ⁊ virtus. ideo tales feces reseruate sicut reseruabantur ab illis non faciebant operationem de qua esset curandum. Unde si tales feces duꝫ sũt aduste statim administrentur bene hoc faciũt. sed si reseruentur hoc non faciunt. ⁊ ista expositio videtur concordare ei quod subditur. Et facere eos trociscos ꝛc. quasi velit dicere Auic. ꝙ si conseruetur aliquo modo virtus earũ: tunc cõseruatur melius vt ex eis fiant trocisci ⁊ forme similes auelanis q̃ alio modo. nec ɔseruant̃ illo modo quo aliq faciebant. s. ꝙ pus ibibebãt eos aqua arsenici. ⁊ alijs aquis fortibꝰ. Nam hoc pparabat postea ad resolõnẽ virtutis eorũ. ⁊ ad hoc vt corrumperent̃ citiꝰ ab aere q̃ adderent in vtute eorũ. ⁊ hoc est qd vult dicere Auicẽ. Et cã quare tales feces melius reseruant̃ in hac forma est. q: figura hec. s. trocisci plus ɔseruãt rẽ a corruptiõe vtutis. q: sub hac figura res minus diuidit̃ ⁊ diminuit̃ q̃ si res hrẽt figurã angularẽ. ⁊ sub hac res plus ɔseruat̃ a putrefactione ⁊ corruptiõe q̃ sub figura rotũda oĩo sperica. q: mediũ qd est in rotundo sperico ppter elongationẽ nimiã a suis partibus extremis citius putrefit in corpe. Et hec est causa quare ex carnibus viperarũ fiunt trocisci. quia in hac figura melius seruantur virtutes eorum. ⁊ hec sunt verba Andromaci in suo libro quẽ fecit de tyriaca. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ponit aliū modū curatiōis ⁊ dic̄ sic. q̄ si spōdilis nō eq̄t̄ p istā: tūc oꝫ vt fiat fouea in pariete ita q̄ gibbositas igrediat̄ in illā foueā: ⁊ tūc sup gibbositatē ponat̄ tabula q̄dā q̄ ponat̄ i fouea ⁊ ab alia pte fouee ipellat̄ donec restauretur. Et subdit q̄ Hyp. dixit q̄ sola cauatio curat hāc rē vt ipellendo cū manu aut cū alio instrō. Et dixit iterū Hyp. q̄ ꝯpsſio cū sola tabula eq̄t: ⁊ si h̄ nō dic̄ Hyp. ē verꝫ: tūc nō oꝫ vt admistret̄ extēsio quā dixim⁹. Et q̄n spōdilis ē eq̄ta tē oꝫ vt admistres tabulā d̄ ligno q̄ sit tāta q̄ ꝯp̄hēdat gibbositatē ⁊ aliqd ptis sane. ⁊ iuoluat̄ sup eā pān⁹ aut stuppa ⁊ ponatur stuppa sup gibbositatem ⁊ ligetur stuppa ligamento quod est necessariū. Deinde cū dicit.

¶ Et admistret̄ ifirmo cib⁹ subtilis. Et si remāserit sup illō residuū ex gibbositate tūc oꝫ administrare curationē q̄ fit cū medicis q̄ mollificāt

⁊ leniunt cū administratione tabule quam narrauimus tempore lōgo. Et quidam homines administrant tabulam de plumbo.

¶ Docet administrare cibū ⁊ dicit sic. q cib⁹ q administrat̄ oz vt sit subtilis. Et subdit q si de gibbositate remāserit aliqd residuū: tūc oz administrare curationē cū modis q̄ mollificat̄ ⁊ dimittat̄ dsup tabulā quā narrauim⁹ tpe lōgo: ⁊ qdā hoies sūt q administrāt tabulā de plūbo. Deinde cū dic.

¶ Et si dislocat̄ ad vnū duoꝝ laterū equat̄ cum astella aut astellis duabus ⁊ stringit̄.

¶ Ponit modū curatōis dislocatiōis facte ad duo latera: ⁊ dicit sic. q si fiat dislocatio ad duo latera tunc equatur ⁊ stringatur cū astella. Deinde cum dicit.

¶ In facta xo et hoc in collo ad posteriora ⁊ ē illa que curatur oz vt resupinet̄ ifirmus: deide extendatur caput eius ad superiora cum facilitate ⁊ equet̄ spondilus eius cū compressione ⁊ abstersione. ⁊ qn̄ equatur ponat̄ sup eam emplastruz cōfortatiuū ⁊ vela super ipm cū pānis ⁊ stringe desup astellam cū mensura colli ⁊ lōgitudine eius ⁊ liga eam ad caput ⁊ adiutoriū: ita vt nō cadat ligamētum ad guttur ⁊ resoluatur in numero dieruz ⁊ ponant̄ fila cum qbus stringis fm formā vittarū et marginibus pannorū qm̄ illa que rotundantur ledunt.

¶ Ponit curā dislocatiōis facte ī collo ad posteriora ⁊ dic̄ sic. q in dislocatiōe facta in collo ad posteriora. Et est illa dislocatio q̄ curat̄: oz q ifirm⁹ resupinet̄: deinde caput ei⁹ extēdat ad supiora cū facilitate ⁊ equet̄ spōdilis cū ꝯpressiōe ⁊ abstersiōe ⁊ qn̄ eq̄t̄ ponat̄ desup empl̄z ꝯfortatiuū ⁊ coopi cū pānis ⁊ strige desup astellā cū mēsura colli ⁊ liga eā ad caput ⁊ adiutoriū ⁊ ponant̄ fila que rotūda ⁊ plana procedant super spondiles.

¶ De dislocatione albosos .i. iuncture ossis caude. CAP. XXIII.

Albosos quādo dislocat̄ tunc illud sciatur sensu. Sed magnitudinē dislocationis scies per sensuz iteruz ⁊ q eger nō expandit pedē neqꝫ in loco dislocationis neqꝫ apud genu: imo est plicatio genu ei laboriosior. Regimen xo illius est qm̄ cuz vis equare illud opz vt intromittas mediū digituz in anum vsqꝫquo opponatur loco: deinde preme cū eo ad superiora cum fortitudine. Et obserua cuz manu tua alia locum albosos donec eques ipsum deinde emplastra ipsum ⁊ stringe. ⁊ eger minoret cibū ⁊ minorabit̄ egestio. ⁊ sumat cū hoc quod leniat naturaz.

¶ Posito cafō dislocatiōe spōdiliū ponit ca^m de dislocatione alobosos qn̄ dislocat̄ tūc illō scit̄ sensu ⁊ magnitudo dislocatiōis ei⁹ scit̄ sensu iterū: ⁊ q eger nō pt expādere pedē nꝫ apud genu: imo plicatio genu ē laboriosior: ⁊ ponit regimē ⁊ curā: ⁊ dic̄ sic q regimē illi⁹ ē qm̄ cū tu vis reducere illud os eꝫ vt intromittas digitū medium in anuz vsqꝫquo apponat̄ loco. deiñ pme ad supiora ⁊ cū alia manu obsua donec eques ipz: deiñ ēpla ipz et strige ⁊ eger minoret cibū ⁊ egestio minorabit̄ ⁊ oz sumere cū h qd leniat .i. humectet naz.

¶ De dislocatiōe anche. CAP. XXIIII.



Coxe quandoqꝫ accidit simile ei quod accidit adiutorio de dislocatiōe ad inferiora sicut mollificare. ⁊ nō est possibile si dislocat̄ coxa vt expandat̄ pes nꝫ iuxta dislocationē apud genu: imo ē illō ī genu magis prauū. Et eius qdez dislocatio qnqꝫ fit ad interiora: ⁊ qnꝫ fit ad exteriora. verū plurimū dislocationis eius est ad exteriora. ⁊ minorat̄ eius dislocatio ad iteriora. ⁊ dislocat̄ iterum ad anteriora ⁊ ad posteriora ⁊ p illas easdē causas. Et qn̄ accidit in dispōne partus strictura sup embryonē q dislocatur ille pes: tunc facit euz habere crus minutum deficiēs a declinatiōe corporis: qre debilitat̄ ⁊ nō corrumpit̄.

¶ Ponit capl̄z de dislocatiōe coxe. ⁊ p̄ ponit istō ca^m. 2° ponit signa. 3° curā. ibi 2°. (Accit ex dislocatiōe.) ibi 3°. (Oz vt ad curādū.) dic̄ sic de p^a pte. q coxa qnꝫ mollificat̄ sic adiutoriū: ⁊ si coxa dislocat̄ nō est pos̄e vt pes extendatur aliq̄: imo genu nō pt moueri. ⁊ coxa dislocat̄ ad iteriora ⁊ exteriora: ⁊ dislocatio eius ad iteriora miorat̄. Et dislocatio fit ad añriora ⁊ posteriora: ⁊ p illas caīdē cās p q̄s dislocat̄ ad interiora ⁊ exteriora p easdem dislocat̄ ad anteriora ⁊ posteriora: ⁊ si pp partū ⁊ stricturā pes embryonis dislocatur tunc fac̄ embryonē hr̄e crus minutuz deficiens a dilatiōe corporis qꝛ illud crus debilitatur ⁊ nō corrūpit̄.

¶ De signis. CAP. XXV.



Accidit ex dislocatione anche ad anteriora vt videas pedē dislocatū longiorem altero ⁊ genu eminentius ⁊ non pōt duplicare pedē suū apud inguē inflatū apparuz: qm̄ caput coxe iā intrauit in ipm. Et si dislocat̄ ad exteriora abbreuiatur pes ⁊ apparet in inguine profunditas: ⁊ accidit in eo quod opponit̄ ei a posteriorib⁹ eminētia ⁊ inflatio: ⁊ genu est quasi ipm sit submersuz ad iteriora. Et si dislocat̄ ad anteriora pes est longior ⁊ nō est possibile infirmo vt extēdat crus suū: ⁊ nō fit ei pos̄e vt plicet ipm nisi cū dolore: ⁊ nō p̄parat̄ ei deābulatio penit⁹: ⁊ si vult ambulare ambulat sup calcaneū. ⁊ accidit ei multotiens ex hoc vt apostemet̄ iguē ei⁹ ⁊ retineatur ei⁹ vrina. Et si dislocat̄ ad posteriora abbreuiat̄ pes eius ⁊ fit sup euz expulsio difficilis ⁊ apparet in ipsius inguine mollificatio: ⁊ est caput coxe decliue ad obliquationem.

¶ Ponit signa dislocatiōis anche ⁊ dicit sic. q si ancha dislocat̄ ad añriora vides pedē dislocatū lōgiorē altero ⁊ genu ē eminēs: ⁊ pt duplicare pedē ⁊ iguē appꝫ iflatū apātū qm̄ iā itrauit in illū locū caput anche. Et si ancha dislocatur ad exteriora pes abbreuiat̄ ⁊ i iguie appꝫ pfūditas: ⁊ i pte alia appꝫ eminētia ⁊ iflatio ⁊ genu ē plicatū ⁊ si ancha dislocat̄ ad añriora pes ē lōgior ⁊ est ipos̄e ifirmo vt expādat crus suū: ⁊ nō pt plicare crus nisi cū dolore: ⁊ penit⁹ nō pt ambulare: ⁊ si vult ambulare ambulat sup calcaneuz: ⁊ mltotiēs apat̄ iguis ⁊ retinet̄ ei⁹ vria. Et si ancha dislocat̄ ad posteriora pes est curtus ⁊ nō pōt infirm⁹ expādere pedē ⁊ caput coxe est obliquatum.

¶ De cura. CAP. XXVI.



Portet vt ad curādū sit festīatio. Nā si nō redit velociter fortasse effundent̄ ad eā hūiditates ꝛ putrefient ꝛ ꝑducēt ad corruptionē mēbri toti⁹ ꝛ seqt̄ illȯ de timore id qȯ scis. Regimē ṽo dislocatiōis coxe ad iferiora est vt extēdas pedē: deide fac eū redire cū vehemētia postq̄ȝ moueris cū dextra ꝛ sinistra dōec opponatur ei ad qȯ redit: ꝛ pone pedi q̄si stasaȝ. ꝛ stringe sup crus: deide stringe sup coxā ꝛ sup genu strictura q̄ ꝓuet eā: deinde suspendat̄ ex humero suspēsione ne sit pōle cruri cum hoc vt extendat̄.

¶ Ponit curam mollificationis anche. scdo ponit curam quādo ancha dislocatur ad anteriora. tertio ponit curam quādo dislocatur ad añriora ꝛ posteriora. 4.° pōit curam quādo dislocatur ad exteriora. q̄nto ponit curam quando ancha dislocatur ad posteriora. 2ª ibi (Quādo vero dislocatur) 3ª ibi (Et i illa q̄ est ex illo) q̄rta ibi (Et si sit dislocatio coxe) q̄nta ibi (Et quādo dislocatio est) dicit sic de p̄ma parte ꝙ si ancha dislocatur opȝ ꝙ ad curandum sit festinatio: quoniam si non redit velociter fortasse effundent̄ ad eam humiditates ꝛ putrefient ꝛ ꝑducunt ad corruptionem membri ꝛ sequet̄ apostema ꝛ mors. ꝛ tūc Auic. ponit regimen dislocationis anche ad iferiora vt quādo mollificatur ꝛ est vt extendas pedeȝ: deinde reducas pedem donec redeat ad locum suum. Et postea fac ligaturaȝ ꝯueniētē per quā retineat̄ in loco suo. Deinde cū dic̄.

¶ Quādo ṽo dislocat̄ ad iteriora tūc p̄cipit̄ vt flectat genua: ꝛ teneat eū homo fortis ex latere emunctorij: ꝛ capiat restaurator manu sua caput coxe apud genu ꝛ trahat ipȝ ad añriora: ita vt ipellat extremitatē aliā ꝛ ipellat ipȝ ipulsione tendente ad superiora ꝛ exteriora. ꝛ si adiuuat eum alius ab extremitate alia ex ꝯ̄rio mot⁹ eius: ꝛ iam ligauit eam cū vitta aut cū fune erit bene: deinde ligetur cū ligamēto.

¶ Ponit curam anche quando dislocatur ad anteriora. ꝛ dicit sic. ꝙ quādo ancha dislocatur ad anteriora oportet vt ifirmus plicet genua: ꝛ vnus homo fortis teneat eū ex latere emūctorij ꝛ restaurator capiat caput coxe apud genu ꝛ trahat ipm ita vt equet coxaȝ: deinde liget̄ cum ligamento. Deinde cum dicit.

¶ Uer q̄n dislocat̄ ad exteriora oȝ tūc vt firmet restaurator extremitatē coxe q̄ ē apud genu: ꝛ moueat eā ex ꝯtrario mot⁹ p̄dicti: ꝛ sit ali⁹ tenēs ab extremitate alia mouens eā ex cōtrario mot⁹ p̄mi ꝛ iā ligauit vittā aut funē.

¶ Ponit curam quando ancha dislocatur ad exteriora. ꝛ dicit sic. ꝙ quādo ancha dislocat̄ ad exteriora: tunc oportet vt reducatur ꝯ̄rio modo mō predicto. Deiñ cū dic̄.

¶ Et in illa q̄ est ex illo ad añriora aut posteriora strigat restaurator radiceȝ coxe cū ligatura lata. ꝛ capiat sup hūerū ad parteȝ q̄ oȝ ꝓ̄ȝ ꝺclinatiōeȝ dislocatiōis. ꝛ accipiāt viri duas extremitates ligature āple: deiñ extēdāt eā oēs sil̄ extēsione q̄ suspēdūt ifirmū i aere. Et cū hȝ iteꝝ ē pōle vt redeāt modi p̄dicti ad rectificationeȝ.

¶ Ponit curam cōmuneȝ a dislocationeȝ anche ad anteriora ꝛ posteriora. ꝛ. ꝛ. facit. sicut duos modos restaurationis ponit. scdo ibi (Et est iterum modus alius) Circa totam p̄mam parteȝ ponit duos modos equationis. ꝛ ponit scdm (Et medicant eam quandoq̄ȝ cum tybzen) dicit sic de prima parte. ꝙ oportet vt restaurator liget ancham ligatura lata ꝛ capiat super humerum ad parteȝ que oportet ꝓm ꝙ est dislocata. Et deinde extendatur ꝛ equetur. Deinde cum dicit.

¶ Et medicāt eā q̄n̄qȝ cuȝ thihrē. Et mod⁹ ali⁹ est ꝓ̄ȝ ꝙ retulit de eo q̄dā eoꝝ ꝛ bn̄ egit. Jnq̄t. opȝ vt cauea foueā lōgā in ligno toto silem aq̄ductib⁹: ꝛ nō sit lōgitudo fouee ꝛ p̄fūditas ei⁹ pl̄s q̄ntitate triū digitoꝝ: ꝛ nō sit lōgitudo eoꝝ adiuicē pl̄s q̄tuor digitis. ꝛ ponat̄ extremitas althihrē in p̄te illi⁹ fouee ꝛ sustēt̄ēt cū eo: ꝛ sit ipulsio ei⁹ ad p̄tē ad quā oȝ ipellere. ꝛ oȝ vt sustēnent̄ i medio ligni magni aut podialis lignū aliq̄ȯ erectū c⁹ lōgitudo sit q̄ntitas vni⁹ pedis ꝛ grossitudo eius q̄ntitas manubrij fossorij vt q̄n̄ resupiat̄ sup dorsū reuoluat̄ hoc lignū i eo qȯ ē iter albafegi ꝛ caput coxe: qm̄ ꝓhibȝ seq̄ illȯ qȯ extēdit ipȝ a p̄te pedū: lȝ illud iteꝝ m̄ltotiēs idigeat extēsiōe q̄ fit a supiorib⁹: ꝛ cū hoc cum corp⁹ ipellit̄ ad iferiora ipellit hoc lignū caput anche ad exteriora: ꝛ oȝ vt sit man⁹ ad iferiora ꝓm mōȝ quē dixim⁹ añ hoc p̄cipue ex pede. Qȝ si caput coxe nō igredit̄ per hāc spēȝ curatiōis tūc oȝ vt auferat̄ lignū erectū sustētatū: ꝛ vt figant̄ duo ligna alia sup duo domicilia loci illi⁹ ligni. s. i oī latere eius lignū vt sint sicut postes porte ꝛ nō sit vnūq̄ȯq̄ȝ eoꝝ minus pede: deide eq̄tet sup ea lignuȝ aliud sicut eq̄tat lignū scale vt sit figura sex lignoꝝ silis littere q̄ nominat̄ grece hitaneu: hec eniȝ figura fit cum ponit̄ lignum triū in medio iferius duobus extremis parūper. deide opȝ vt resupinet̄ ifirmus super latus sanū ꝛ extendat coxā sanā in eo qȯ est inter hos duos postes sub ligno qȯ ē simile gradui scale ꝛ ponat̄ coxa ifirma super hunc postē vt sit caput coxe equitans sup ipm postq̄ȝ expansi fuerint sup postes panni plicati plicatione plurima vt nō ledat postis coxaȝ: postea sumat̄ lignum aliud equalis latitudīs cui⁹ longitudo sit tante quātitatis q̄ cōprehendat ex capite coxe vsq̄ȝ ad locū calcanei ꝛ ponat̄ in longitudine sub coxa ab interiori parte vt retineat caput coxe ad calcaneū ꝛ liget̄ cum eo: deide administret̄ in gibbositate. Uer ꝓm ꝙ dixim⁹ in eo quod precessit: oportet tūc vt extendatur crus ad inferiora cum ligno ligato cuȝ eo vt redeat caput coxe ad locum suum cum hac extēsione vehementi.

ℭ Ponit aliū mōꝫ. ⁊ dic̄ sic. ꝙ oꝫ vt sumaᷣ tybzē: tybzen ē qđdā isIrm̄ ꝯcauū qđ poīᷣ i capite ossis dislocati: ⁊ tūc opꝫ vt sumaᷣ vnū lignū ꝯcauū ⁊ i capite isti⁹ ligni pōaᷣ istud tybzē ⁊ ipellaᷣ cap. coxe cū isto ligno ſm ꝙ oꝫ. Et si ꝑ hāc spēm curatiōis nō egrediaᷣ: tūc oꝫ vt accipiaᷣ illud lignuꝫ ꝯcauū ⁊ ponaᷣ sup istud duo ligna ad mōꝫ scale: tūc itromittaᷣ coxa ifirma i vno ⁊ postea coxa sana i alio: ita ꝙ super istos postea expādanᷣ pāni plicati vt nō ledāt. ⁊ sic sumaᷣ vnū aliud lignū qđ capiat totū pedē. ⁊ sic extendat ⁊ reduceᷣ ſm meliorē modū possibilitatis.

ℭ Et ē iteꝝ mod⁹ ali⁹ cū quo igrediᷣ caput coxe absq₃ extēsiōe ifirmi sup lignū. ⁊ ē mod⁹ quem laudat Hyp. ⁊ ille existimat ꝙ oꝫ vt ligenᷣ manus ifirmi sil' cū ligamēto lato leni ⁊ ligenᷣ pedes ei⁹ ābo cū ligamēto lato forti leni sup duos calcaneos ⁊ sup duo genua. ⁊ sit lōgitudo cuiusq₃ coxa ꝯpari suo quātitas q̄tuoꝝ digitoꝝ. ⁊ sit crus ifirmū extēsuꝫ plꝰ altero q̄ntitate duoꝝ digitoꝝ ⁊ suspēdaᷣ ifirm⁹ sup caput: ⁊ sit elōgatio ei⁹ a terra q̄ntitas duoꝝ cubitoꝝ: deide currat adolescēs hn̄s experiētiā puber cū brachijs suis ⁊ extrahat coxā ifirmā i grossiore loco ei⁹ vbi ē caput coxe iteꝝ ⁊ suspēdaᷣ cū ifirmo subito. nā iūctura cū feīn fuerit illud cuꝫ ea igrediet ad locū cū quoliꝫ studio. ⁊ iste qdē mod⁹ ē facilioꝛ alijs: qm̄ nō idiget opatiōe plima. Uerum plures medicantiū nō bene operanᷣ in eo: qm̄ ipsi spernūt euꝫ ꝓpter suā facilitatē.

ℭ Posito vno mō equādi anchā ponit aliū mōꝫ. ⁊ dic̄ sic. ꝙ ē ali⁹ mod⁹ equādi anchā quē laudat ypo. ⁊ extiat ꝙ oꝫ vt ligēᷣ man⁹ ifirmi ligamīe lato. Et ligenᷣ pedes ifirmi ambo cū ligamēto lato. Et ligenᷣ sup duos calcaneos. Et sup duo genua ita ꝙ ifirm⁹ sit elōgat⁹ a terra ꝑ duos cubitos: deiñ adolescēs hn̄s experiētiā currat cū brachijs ⁊ extrhat coxā ifirmā i grossiori loco ei⁹: ⁊ suspēdaᷣ cū ifirmo subito. nā cū h factū fuerit iūctura igrediet ad locū suū ⁊ iste mod⁹ ē facilioꝛ alijs: qm̄ iste mod⁹ n̄ idiget opōne plimaꝫ; plꝰs medicantiuꝫ nō hn̄ opanᷣ i isto mō: qm̄ nimis est facilis. Deinde cum dicit.

ℭ Et si fit dislocatio coxe ad exterioꝛa: tūc oꝫ vt extēdaᷣ ifirm⁹ ħꝫ ꝙ dixim⁹ cū hac ligatura q̄ est sup albabafegi iguinis ⁊ furculā ħꝫ ꝙ dixim⁹: deide ē neccīuꝫ medicāti vt euellat cū thibzē deforis ad iterioꝛa postq̄ꝫ posuerit extremitatem thibzē i aliq̄ pte fouee quā dixim⁹ vt strigat super eā. ⁊ sint aliq̄ mistroꝝ ex pte coxe sane ipellētes iteꝝ ⁊ oppōaᷣ ipulsio vt nō ipellat plim.

ℭ Ponit curā qñ coxa dislocaᷣ ad exterioꝛa. ⁊ dic̄ sic. ꝙ si coxa dislocaᷣ ad exterioꝛa: tūc oꝫ vt ifirm⁹ extēdaᷣ ⁊ ponaᷣ tibzē. s. illō isIrꝫ i capite coxe ita ꝙ illō instrꝫ sic positū in fouea de ligno sup⁹ dcā ⁊ strigat postea coxā sup eam ipellendo ſm melioꝛeꝫ modū. Deide cū dicit.

ℭ Et cū dislocatio ē ad añrioꝛa tūc oꝫ vt extēdatur ifirm⁹: deiñ pōat vir fortis radicē vole manus sue dextre sup inguē ifirmi ⁊ coarcet ipm̄ cū manu altera. ⁊ ipse cū hoc ponat coartatōeꝫ extēsaꝫ ad inferioꝛa ad parteꝫ genu.

ℭ Ponit curā qñ dislocatio ē ad añrioꝛa. ⁊ dic̄ sic. ꝙ cū dislocatio ē ad añrioꝛa: tūc oꝫ vt extedaᷣ ifirm⁹: deiñ cōprimaᷣ cū māu sup cap. coxe ifirmi ⁊ equeᷣ. Deiñ cū dic̄.

ℭ Et qñ dislocatio ē ad posterioꝛa tūc nō opꝫ vt extēdaᷣ ifirm⁹ ad iferioꝛa eleuat⁹ sup terrā: im mo oꝫ vt sit posit⁹ sup aliqđ duꝝ; sic opꝫ vt sit iteꝝ qñ sepaᷣ ancha ei⁹ ad exterioꝛa sic̄ dixi i gibbositate. oꝫ g̊ vt extendaᷣ ifirm⁹ sup lignū: aut podiale sup faciē suā ⁊ sint ligamēta stricta nō sup coxā: imo sup crus sic̄ dixim⁹ nuper. ⁊ opꝫ iteꝝ admistrare cōpressionē cū tabula ⁊ super albabafegi ⁊ locū ad quē egrediᷣ iūctura.

ℭ Ponit curaꝫ qñ dislocatio ē ad posterioꝛa. ⁊ dic̄ sic. ꝙ si dislocatio coxe ē ad posterioꝛa: tē nō oꝫ vt extēdaᷣ ifirm⁹ ad iferioꝛa: imo oꝫ vt sit ifirm⁹ posit⁹ sup aliqđ durum. ⁊ sint ligamenta stricta sup crus ⁊ admistreᷣ cōpressio cum tabula in illo loco vbi iūctura igrediᷣ. Deide cū dic̄.

ℭ Dic̄ ē ſmo nr̄ i spēb⁹ dislocatōis q̄ accīt anche ex cā māifesta añte illud. Uerū q̃ qñꝫ dislocaᷣ coxa ꝑꝑ multitudinē hūiditatis accītis ei sicut dislocaᷣ spatula: opꝫ tūc vt admistreᷣ cauteriū sic̄ dixim⁹ i loco in quo dixim⁹ hoc cauteriū.

ℭ Cōcludit. ⁊ dic̄ ꝙ h ē g̊ ſmo nr̄ i spēb⁹ dislocatōis anche accītis ex cā māifesta. Et subdit ꝙ qñꝫ dislocaᷣ coxa ꝑꝑ m̄ltitudinē hūiditatis sic̄ spatula: q̄r oꝫ vt cauterizeᷣ ſm ꝙ diximus. ℭ De dislocatōe genu. CA. XXVII.



Genu ē velocis dislocatōis. fortasse. n. dislocaᷣ absq₃ cā p̄ter deambulationē velocē aut lubricat paꝝ sicut carnatis mistoriēs dislocaᷣ absq₃ cā p̄ter saltuꝫ. Et genu qdē dislocaᷣ ad oēm ptē nisi ad anterioꝛeꝫ ꝓpter rotulā ⁊ adiutoꝛiuꝫ eius.

ℭ Ponit cap. de dislocatōe poplitis. i. genu. ⁊ ꝑ faē h. 2ᵒ ponit curā. 2ᵒ ibi (Sedeat ifirm⁹) dic̄ sic de pᵒ pte. ꝙ genu ē velocis dislocatiōis. Et fortasse genu dislocaᷣ absq₃ cā p̄ter ābulatōeꝫ: vt q̃ ambulatio velox pt ē cā dislocatōis: ⁊ genu qñꝫ lubricat ꝑꝑ hūiditatē extiteꝫ in ipo: ⁊ genu dislocaᷣ ad oēm ptē nisi ad anterioꝛē ꝑꝑ rotulā ⁊ adiutoꝛiū. q̃ ista ꝓhibēt dislocatōꝫ ei⁹. ℭ De cura. CA. XXVIII.



Sedeat ifirm⁹ sup sedeꝫ ꝓpiquā terre: ⁊ eleuenᷣ pedes ei⁹ parūper: deiñ extēdat vir fortis manū suā desup ⁊ desubtus extensiōe forti ⁊ reducat restauratoꝛ iūncturā ad dispositionē suā ſm iudiciū dislocationis vniuersalis ⁊ liget eam.

ℭ De dislocatōe arefatu ⁊ ē rotula genu. CA. XXIX.



Quando accīt ei dislocatio opꝫ vt pes plane ponaᷣ i terra ⁊ reducaᷣ rotula: deide ipleaᷣ curuatura geniculi pānis ꝓhibēnb⁹ a duplicatiōe ⁊ ponanᷣ desuper astelle resistētes ei i pte ad quā declinat. Cū g̊ restrigiᷣ ⁊ adheret nō dupliceᷣ genu cuꝫ festinatiōe sed paulatiꝫ donec alleuieᷣ.

ℭ Ponit curā. ⁊ dicit sic. ꝙ ifirm⁹ oꝫ sedere sup sedem ꝓpinquā terre. ⁊ pedes ei⁹ eleuenᷣ parūper: deiñ vir fortis extēdat manū suā extēsiōe forti ⁊ restauratoꝛ reducat iūcturā ad dispōnē suā ſm iudicium dislocatiōis ⁊ liget. Et

subdit ꝙ qñ genu dislocatꝰ oꝫ vt pes plane ponatꝰ i terra ⁊ reducatꝰ rotula: deinde curuatura geniculi repleatꝰ pãnis q̃ ꝓhibeãt dislocationẽ: ⁊ desup ponanꝰ astelle resistẽtes ei in pte ad quã declinat. cũ q̃ stringitꝰ ⁊ adheret nõ duplicetꝰ genu cũ festinatiõe ſꝫ paulatiꝫ donec alleuietꝰ.

¶ De dislocatõe iũcture tali apõ calcaneũ. CA. XXX.

Dislocatꝰ calcaneꝰ. Indiget ergo si dislocatur extensiõe forti ⁊ curatiõe vehementi ipulsiõe cũ fortitudie vt redeat. Deide oꝫ vt dimittat deambulationẽ circiter. xl. dies vt nõ dislocetꝰ scdo. In separatiõe xᵒ pauca suffic̃ q̃lꝫ extẽsio: deiñ reducatꝰ.

¶ Ponit caplꝫ de dislocatiõe calcanei. ⁊. z. fac̃. qz p̃ ponit curã qñ calcaneꝰ nõ est dislocatꝰ pfecte. zᵒ ponit curã qñ calcaneꝰ pfecte dislocatꝰ. zᵃ ibi (Et qñ pfecte dislocatur) Dic̃ sic de p̃ᵃ pte. ꝙ qñ calcaneꝰ dislocatꝰ idiget extẽsione forti ⁊ curatiõe vehemẽti. et iplsiõe cũ fortitudie vt redeat ad locũ suũ. Deide oꝫ vt nõ ambulet p q̃dragita dies vt nõ dislocetꝰ zᵒ. si sepatꝰ nõ pfecte sufficit q̃lꝫ extẽsio: deide reducatur. Deinde cum dicit.

¶ Et qñ cõplete dislocatꝰ opꝫ vt reducatꝰ ꝺm ꝙ dicunt antiq̃. Inquit. Opꝫ vt extendatꝰ ifirmꝰ sup dorsuꝫ suũ sup terrã ⁊ ab eo q̃ð est iter coxas eiꝰ apud alabausegi. sit paxillus longus intrans in ꝓfunditatẽ terre nõ pmittens corpꝰ eiꝰ moueri cũ ꝓcedit pes eiꝰ ad iferiora: imo oꝫ vt figatꝰ iste paxillus antequ͂ resupietꝰ ifirmꝰ. Qz si pñs tibi fuerit lignũ magnũ in cuiꝰ medio diximus eẽ aliud lignum situꝫ tũc oportebit vt fiat extensio sup hoc lignũ: ⁊ opꝫ vt sit minister tenẽs coxaꝫ ⁊ extendẽs eã: ⁊ minister aliꝰ extendens pedẽ: aut manibus suis: aut ligamẽto ꝺꝫ cõtrariũ extensiõis ministri primi ⁊ equet medicꝰ manu separationẽ ⁊ teneat minister alius pedeꝫ aliuꝫ ad inferiora.

¶ Ponit curã dislocatõis calcanei qñ pfecte dislocatꝰ. ⁊. z. fac̃. qz p̃ fac̃ h̃. zᵒ ponit q̃sdã cañ. zᵃ ibi (Et oꝫ post eq̃tõeꝫ) Dic̃ sic de p̃ᵃ pte. ꝙ qñ calcaneꝰ dislocatꝰ cõplete: tũc oꝫ vt reducatꝰ ꝺm ꝙ dñt antiq̃: oꝫ vt ifirmꝰ extẽdatꝰ sup dorsuꝫ suũ ⁊ ponatꝰ iuxᵃ coxas eiꝰ ⁊ ptes gẽitales paxillus lõgꝰ intrans in ꝓfunditatẽ terre: vt nõ pmittatꝰ corpꝰ moueri. et tũc oꝫ vt sit mĩster extẽdens pedẽ manibꝰ suis: ⁊ medicus equet manibꝰ suis sepationẽ. Deide cũ dicit.

¶ Et oꝫ post equationẽ vt ligetꝰ ligamẽtis fortibus ⁊ vadat cũ pte ligamenti ad pectinẽ pedis ⁊ cum pte eiꝰ ad calcaneũ ⁊ ligetꝰ illic: ⁊ oꝫ vt caueatꝰ ex neruis q̃ sunt supra taluꝫ posteriꝰ vt nõ fit sup eos ligatura vehemẽs: ⁊ vt ꝓhibeat infirmꝰ a deambulatiõe. xl. diebꝰ ⁊ isti si conãtur ambulare ante nõ sananꝰ ꝺm cõplemẽtuꝫ ⁊ dissoluitꝰ in eis mẽbꝝ ⁊ corrũpitꝰ curatio.

¶ Ponit q̃sdã cañ. ⁊. z. facit. ꝺm ꝙ duos cañ. ponit. zᵃ ibi. (Qz si sepatꝰ) Dic̃ sic. de p̃. ꝙ postq̃ calcaneꝰ ẽ eq̃tꝰ oꝫ vt ligetꝰ cũ ligamentis fortibꝰ. Et caueas ne liges sup neruos tali. Et ꝓhibeas ifirmũ a dambulatiõe q̃dragita diebꝰ. ⁊ si conatꝰ ãbulare isti nõ sananꝰ ꝺꝫ cõplemẽtũ. Deiñ cũ dic̃.

¶ Qz si separatꝰ os tali ex saltu: naꝫ illud accidit multotiẽs: aut accidat huic mẽbro apã calidũ: oꝫ tũc vt ꝑparetꝰ hoc membrũ cũ resupinatiõe ifirmi sup facieꝫ suã ⁊ extensiõe mẽbri ⁊ equatiõe eiꝰ ⁊ cũ embrocis q̃ sedãt apata cal'a ⁊ administratiõe ligamẽtoꝝ fortiũ ⁊ vt q̃escat ifirmus ⁊ nõ moueatur donec rectificetꝰ mẽbrum integre. ⁊ ligatura quideꝫ tali opꝫ vt fit ad digitos ⁊ dimittatꝰ talus apertus.

¶ Ponit zᵐ cañ. ⁊ dic̃ sic. ꝙ qñ os tali sepatꝰ pp saltũ: ⁊ multotiẽs accidit huic mẽbro apa calm. oꝫ q̃ vt equetꝰ istõ mẽbrũ ⁊ embrocetꝰ cũ embrocis q̃ sedãt apata cal'a ⁊ administrentꝰ ligamẽta fortia ⁊ nõ moueatꝰ ifirmꝰ dõec mẽbꝝ itegre rcificetꝰ. Et oꝫ vt ligatura tali ꝓcedat vsq̃ ad digitos.

¶ De dislocatiõe ossis pedis. CAP. XXXI.

Eius regimẽ ẽ ꝓrimũ regimini dislocatiõis ossis calcanei ⁊ fortasse suffic̃ vt eques ita vt calces cũ pede tuo sup ipꝫ pãno exñte iter ea donec equetꝰ: deide emplã ⁊ strige ꝺm modũ quẽ scis.

¶ Ponit curã dislocatiõis ossis pedis. ⁊ dic̃ sic. ꝙ regimen dislocatiõis ossis pedis ẽ ꝓrimũ dislocatõi ossis calcanei. Et fortasse suffic̃ vt equetꝰ istõ os cũ pede exñte sup ipꝫ pãno dõec equetꝰ: deiñ ẽpletꝰ ⁊ strigatꝰ ꝺm modũ quẽ scis.

¶ Tractatus scõs de radicibꝰ vlibus in fractura.

¶ De sermõe vli in fractura. CAP. I.

Fractura est solo ꝯtinuitatis ꝓpria ossibꝰ. Et accic̃ qñꝫ sparsa: ⁊ qñꝫ nõ ẽ sparsa: ⁊ qñꝫ accidit eq̃lis: ⁊ qñq̃ accit scissa. ⁊ eq̃lis qñꝫ accit in latitudie: ⁊ qñꝫ accit i lõgitudine. ⁊ cadẽs in latitudie qñꝫ accit divisa: ⁊ qñq̃ accidit nõ divisa. ⁊ cadẽs i lõgitudie ẽ divisio et alcasim q̃ nõ accidit separata. Et q̃dã noiauerunt spẽs fracture noibꝰ suis dñtes fracturã magnã icedentẽ in latitudie et ꝓfunditate rhaphanalẽ et hastalẽ et arũdinalẽ. Et dicẽtes icedẽteꝫ i lõgitudie fracturã linealem: et dicẽtes icedẽtem in latitudine cũ lõgitudine lunalem et nerualẽ. Et illam q̃ est paruaruꝫ partiuꝫ vnam sauchiẽ et alieruſiẽ cum albuheriẽ.

¶ Posito tractatu de dislocatiõe. ponit tractatũ de fractura. ⁊. z. fac̃. qz p̃ ponit sermonem vleꝫ de fractura. zᵒ ponit ꝺmonẽ pticularẽ in ea. zᵃ ibi (Mltotiẽs accidit vt scidatꝰ craneũ) p̃ᵃ in zᵃ. qz p̃ ponit ꝺmonẽ vleꝫ de fractura. zᵒ ponit ꝺmonẽ vleꝫ i curatiõe fracture. zᵃ ibi (Restauratiõis vasis) p̃ᵃ ps hꝫ ptes tot quot ponit cañ. ibi põit zᵐ (Et qñ fractura ꝯpletꝰ) ibi 3ᵐ (Et vt dclinet fractura) ibi 4ᵐ (Et qñ cadit fractura) ibi 5ᵐ (Et q̃ð dꝛ de lesione medulle) ibi 6ᵐ (Et locꝰ q̃dẽ fracture) ibi 7ᵐ (Et fractura fedior) ibi 8ᵐ (Et mẽbra q̃dẽ diuersificatꝰ) ibi 9ᵐ (Et cãe pp q̃s) Dic̃ sic de p̃ᵃ pte ꝙ fractura ẽ solo ꝯtinuitatis ꝓpa ossibꝰ. Et fractura accit qñꝫ sparsa. i. ꝓpoliata. ⁊ qñq̃ nõ ꝓpsa. i. ñ ꝓpoliata. Et qñꝫ accit eq̃lis. Et qñꝫ accit scissa. Et fractura eq̃l qñꝫ accit ꝺꝫ latitudinẽ: et qñꝫ ꝺꝫ lõgitudinẽ. Et fractura cadẽs i latitudie qñꝫ accit diuersa. qñq̃ accit nõ diuersa. Et fractura q̃ cadit i lõgitudie ñ cadit separata. Et subdit ꝙ q̃dã medici noiauertꝰ spẽs fracture noibꝰ suis q̃ noia põit Aui. i lrã ⁊ sũt nota ad lrãꝫ. Deide cũ dic̃.

¶ Et qñ fractura completꝰ nõ est posse vt remaneãt duo ossa ꝺm ꝙ necesse est iter ea de oppo

fictione ſm ꝑparationē cōtinuitatis nullis: imo ſeparant̃ neccio ab oppōne. ⁊ ſilr̃ ſepatio faciēs accidere puncturā neccario in eo qđ cōnnectur de velaminib⁹ ⁊ carne: quare accidit dolor ſequens ea. ⁊ qñ eſt equatio rotunda ſine fruſtis conuertit̃ mēbrū cum facilitate.

¶ Ponit ſcḋz cañ. ⁊ dicit ſic. ꝙ qñ eſt fractura totalis ⁊ cōpleta nō ē poſſe ꝙ remaneāt duo oſſa ſʒ ꝙ ē neceſſe ſʒ oppoſitionē eādē imo opʒ ꝙ neccio ſeparent̃ ab oppōne. Et ſubdit ꝙ qñ os eſt ſepatū. i. fractū neccio iducit̃ in mēbro punctura in velamib⁹ ⁊ carne. q̄re accidit tūc dolor ſeqñs illaʒ fracturā. Et qñ fractura mēbri eſt eq̄lis rotūda ſine fruſtis mēbꝝ ꝯuertit̃. i. reducit̃ cū eq̄litate. Deīn cū dic̃.

¶ Et vt declinet fractura ad exteriora ſm ꝙ dixit Hyp. melius eſt ꝙ̄ vt declinet ad iteriora: quoniam illud qđ occurrit ei de neruis illic eſt plus quare ledit.

¶ Ponit tertiū cañ. ⁊ dicit ſic. ꝙ ſm ꝙ dixit hyp. meli⁹ eſt vt fractura declinet ad exteriora ꝙ̄ vt declinet ad iteriora mēbri. Et rō. q: verſus partes interiores membri ſunt multi nerui. Deinde cum dicit.

¶ Et qñ cadit fractura apud iuncturā ⁊ reſtaurat̃ remanet mot⁹ difficilis ꝑpter duritiem: ⁊ araibadu qđ accidit indiget ſpatio donec dclaret̃. ⁊ illud qdē prauī⁹ accidit in iūcturis oſſiūʒ puoꝝ. ⁊ de illo iterū eſt vbi eſt iūctura in creatiōe ſtrictior ſicut eſt iūctura cauille: ⁊ fractura prauioris icarnatiōis ⁊ vniōis eſt illa q̄ ē ſm rotūditateʒ: deīde illa q̄ declinat: nō. n. adheret niſi ſup ipm ꝓlongēt̃ ligatura hñs fabricatōeʒ mirabileʒ tpe lōgiſſimo ⁊ ſumat ex cibis ⁊ medicinis: ⁊ ex eo qđ mittit ſanguinē ad illā pteʒ ſm ꝙ dicem⁹: ⁊ deterior fractura oſſiūʒ ad iteriora nō ad exteriora ſcḋm ꝙ dī.

¶ Ponit q̄rtuʒ cañ. ⁊ dicit ſic. ꝙ qñ frangit̃ mēbꝛuʒ apud iuncturā ⁊ talis fractura reſtaurat̃ mot⁹ mēbri remanet difficilis ꝑp duritiē q̄ euenit in iūcturis. ⁊ ꝑp porū ſarcoydē. Et qūo accidit porus ſarcoydes inferi⁹ declarabit̃. Et talis difficultas mot⁹ accidit prauior qñ ē fractura in iuncturis oſſiūʒ puoꝝ: ⁊ de prauiori ē vbi iūctura in creatiōe eſt ſtrictior ſic̄ eſt iunctura cauille. Et ſubdit ꝙ fractura prauioris incarnatiōis ⁊ vniōis ē illa q̄ ē ſm rotūditatē: deīde illa q̄ declinat ad rotūditatē: qm̄ non adheret talis fractura niſi prolōget̃ ſup ea ligatura tpe lōgo. Et niſi ſumat cibos ⁊ medicias neccias q̄ trāſmittūt ſanguinē ad illaʒ ptē ſm ꝙ dixim⁹. Et illa fractura oſſiūʒ eſt deterior q̄ eſt ad ptes iteriores ⁊ nō ad exteriores. Deīde cū dic̃.

¶ Et qđ dī de icīſione medulle ⁊ iterficit ē itentio cui nō eſt vtilitas: medulla. n. hʒ lenitatē viſcoſitateʒ ⁊ nō icidit̃: ⁊ qñqʒ accīt cum fractura accītia ſicut vulnera ⁊ fluxus ſanguis ⁊ apa ⁊ attritio ei⁹ qđ circūdat eā ex carne q̄ ſi nō preparet̃ cū ꝓhibitiōe putrefactiōis: aut ſcalpellet̃ accidit ex eo corroſio. Et locus qdem fracture magnoꝝ ſcit̃ per dolorē ⁊ per caſuʒ. Fracture vero pueroꝝ puoꝝ appet ꝑ dolorē ⁊ apa. nā in ipſis accīt plura iudicia reſtauratōis. ⁊ qñ iſta oſſa redeūt ad ſitus ſuos poſſe eſt in īfantib⁹ ⁊ q ſunt eis ꝓximi vt reſtaurent̃ villus virtutis prīc in eis. In etate ſo adoleſcētie ⁊ q̄ eſt poſt ipaʒ non reſtaurat̃: imo currit ſup eam īcarnatio ex materia cartilaginoſa cōiungens iter duo oſſa de genere ei⁹ qđ facit currere erarius de duobus plumbis ſup cōtinuationē eris ⁊ alioꝝ: ⁊ oſſa magis iobedientia ad reſtaurationē faciēdā ē adiutoriū: deīde brachiū. Ampli⁹ furcula qñ frāgit̃ ad iteriora praua fit eis cura.

¶ Ponit quintum cañ. ⁊ dicit ſic. ꝙ illud qđ dicit̃ de inciſione medulle ꝙ interficit eſt intentio cui nō eſt vtilitas: quoniaʒ medulla ꝓpter ſuaʒ lenitatem ⁊ viſcoſitateʒ nō inciditur. Et quādoqʒ cum fractura accidunt accidentia: ſicut vulnera ⁊ fluxus ſan. ⁊ apoſtema ⁊ additio carnis. ⁊ ſi nō preparatur ad ꝓhibendum putrefactionem accidit corroſio membri. Et ſubdit ꝙ locus fracture magnorum cognoſcitur per dolorem ⁊ per caſuʒ. cetere fracture ⁊ fractura puoꝝ appet per dolorem ⁊ apoſtema. i. tumorem. Et in pueris accidunt plura iudicia reſtauratiōis: quoniā in infantibus reſtaurant̃ per viaʒ pme intentionis. ſed in adoleſcentibus nō reſtaurant̃ oſſa per viā prime intētionis. q: concurrit ad reſtaurationem oſſium eoꝛuʒ cartilago cōiungens inter duo oſſa. ⁊ hoc facit nā ſicut facit ferrarius qñ cōiungit es cū ere. Et ſubdit ꝙ oſſa magis inobedientia ad faciēdū reſtaurationē eſt adiutorium: deīde brachiuʒ. Sed quādo furcula frāgitur ad iteriora praua fit cura eius. Deinde cum dicit.

¶ Et fractura fedior in duob⁹ focilib⁹ ē fractura focilis īferioris eoꝝ ſicut dictum eſt in diſlocatione. Res aūt coxe ⁊ cruris eſt facilior: qm̄ reſtauratio non ꝓhibet ea a dilatione.

¶ Ponit ſeptimū cañ. ⁊ dicit ſic. ꝙ fedior fractura in duobus focilibus eſt fractura focilis īferioris: ſic̄ dcm̄ ē in diſlocatione. ſed fractura cruris eſt facilior. Deīde cū dic̃.

¶ Et mēbra qdeʒ diuerſificant̃ in ſpatio reſtauratiōis. verbi gratia. qm̄ naſus reſtaurat̃ ſcḋm ꝙ dī in. x. ⁊ coſta in. xx. ⁊ vlna in eo qđ approximat a. xxx. vſqʒ ad. xl. ⁊ coxa i. l. ⁊ forſaſſe extendit̃ lōge donec reſtaurat̃ coxa vſqʒ ad menſes tres aut quatuor: ⁊ qđ eſt ſupra hoc. Et vt declinet mēbꝛuʒ in firmatiōe reſtauratiōis ad ventreʒ ei⁹ melius eſt ꝙ̄ vt declinet ad dorſuʒ ipſius: qm̄ fit declinatio ei⁹ in latere vrine.

¶ Ponit octauum cano. in quo oſtendit ſcḋm quot dies membra reſtaurantur. ⁊ quod dicit eſt notum ad litterā. Deinde cum dicit.

¶ Et cauſe ꝓpter quas nō reſtaurat̃ os ſūt multitudo embrocatiōis aq̄ ⁊ multitudo ſolutiōis ligamentoꝝ ⁊ ligatiōis eoꝝ: aut feſtinatio in motu: aut paucitas ſanguis abſolute: aut paucitas ſanguis viſcoſi in corpore: ⁊ ꝓpter illud minorat̃ reſtauratio fracture colericoꝝ ⁊ conualeſcentiū. Et de illis q̄ ſignificāt reſtaurationeʒ ē apparitio ſanguis q videt̃ q̄ſi ipe ſit ſuperfluitas quā expellit natura ex multitudine ſua cuʒ ſtudio ad fracturam.

¶ Ponit nonū canō. et dicit sic. q̄ cause ꝓp quas os qñ frangit nō restaurat̄ sunt. qñ mēbꝝ multū embrocaret̄ aqua. Et qñ ligamēta multū solueret̄. Et qñ mēbꝝ festinaret̄ ad mouēdū. Et qñ in corpore eēt pauc⁹ sanguis viscosus. Et ꝓp hoc minorat̄ restauratio in corporib⁹ colericorū et ꝯualescentiū. Et rō. q: ista corpora hñt paꝝ de sanguie viscoso. Et subdit q̄ de illis q̄ significāt restaurationē est qñ in mēbro appet sanguis q̄ sanguis videt̄ q̄si sit supfluitas quā supfluitatē nā expellit cū studio ad fracturā.

¶ De radicib⁹ restaurationis ligature. CAP. II.

Restauratio basis est extēsio mēbri cuꝫ quātitate que opꝫ. Nam additio in ea spasmat et lesionē facit: et ꝓueniunt ex ea febres: et qñqꝫ accidit ex ea mollificatio. et illud qdeꝫ in corporib⁹ hūidis est minoris nocumēti ꝓpter iobedientiaꝫ eoꝝ ad extensioneꝫ et diminutio ei⁹ ꝓhibet bonitatē cōsolidationis et ordis: et q̄ in dislocatiōe et fractura est equale. Qd ergo extēdit̄ fm modū q̄ oꝫ est vbi fit occupatio cū ꝑparatiōe duoꝝ ossiuꝫ fm rectitudinem et positionē pulullorꝫ et ligamētorum fm q̄ opꝫ et cooperire ea astellis et cooperire astellas ligamentis.

¶ Postq̄ Auic. superi⁹ posuit capl'm vle de fractura. ponit caplm de radicib⁹ restauratiōis: et diuidit̄ in ptes tot quot ponit capla in hoc. s. in restaurādo ptes patebūt. p⁹ caplm hꝫ ptes tot quot ponit canō. de radicib⁹ restauratiōis. et ponit multos canō. in isto caplo q̄ patebunt inferius. Dicit sic i pmo canō. q̄ basis restauratiōis ponit̄ et extēdet̄ mēbrū cū q̄titate q̄ oꝫ. nā si supflue extendit̄ mēbrū spasmat. et facit lesionē: et proueniūt ex ea febres. Et qñqꝫ accidit ꝓp extensionē supfluaꝫ mollificatio in mēbro: et talis extēsio supflua in corporib⁹ hūidis ē minoris nocumēti. ꝓpea. q: sunt obediētia ad extēdendū et diminutio extēsionis mēbri ꝓhibet bonitatē cōsolidationis et ordis: et ꝓhibet illud qd̄ est eq̄le in dislocatione et fractura. Et subdit q̄ si eger extēdit̄ fm modū ꝯueniētē aut qñ fit occupatio duorum ossiuꝫ fm q̄ oꝫ et coopire astellas ligamētis et appōere pullullos fm q̄ opꝫ. Deinde cum dicit.

¶ Et oꝫ vt q̄escat mēbrū q̄tū est posse nisi qñqꝫ fm quātitateꝫ quā tolerat cū nō fuerit nocumētum et apa vt nō moriat̄ natura mēbri. Et opꝫ vt caueat̄ dolorati vehemēs apud extensionē et stricturā in fractura et dislocatione simul. et silr illud qd̄ accidit ex strictura vehemēti et tardatione solutionis: quoniam illud perducit ad hoc vt moriat̄ illud mēbrū et putrefiat et fit necessariuꝫ abscindere ipsum.

¶ Ponit scdm canō. et dicit sic. q̄ membrū restauratū oꝫ vt quiscat fm q̄titateꝫ quā tolerat. et hoc cū nō fuerit nocumentū et apa vt nā mēbri nō moriatur. et qñ extendis opꝫ vt nō ꝓhibeat̄ ne inducat̄ dolor. et oꝫ q̄ timeat̄ illud qd̄ accidit ex strictura vehementi et tardatione solutiōis: qm̄ istud ꝑducit ad hoc vt moriat̄ illud mēbrū et putrefiat. et sic necꝫ erit abscindere ipm̄. Deinde cū dicit.

¶ Et intentio in p̄limo restauratiōis est vt eueniat alrosbotb in eis q̄ nō sunt ossa capitis. neꝫ sup ea nō orit̄ alrosbotb: q̄re opꝫ vt ꝑparet̄ ita vt nō eueniat siccū neqꝫ paucū et itez grossum p̄tm ꝑtrāsiens mēsurā. Et de sicco ē q̄ magnitudo eius diuersificat̄ fm mēbrū et q̄titatē fracture in magnitudīe sua: aut multitudine ipsi⁹ aut in ꝯrijs ambaꝝ. et tu qdē scies in diminutiōe qd̄ opꝫ fieri in illo q̄si apud rememorationē ciboꝝ et apud rememorationē fracture. Et opꝫ vt cum accidit alrosbotb vt ꝓhibeat̄ a motib⁹ cōpmētib⁹ et coitu et ira et iracūdia qm̄ adducunt sanguinē et fugit locū calm̄ et sanguis q̄rit frigidū et adiuuat̄ cū emplastris fortibus stipticis in q̄b⁹ ē calitas q̄dā et glutinatio et ponant̄ in eis q̄ sunt sicut nux cupssi et dragagātū et medicine que sunt ad rupturam.

¶ Ponit tertiū canō. et dicit sic. q̄ itentio in p̄limo restaurationis est vt eueniat porus sarcoydes in illis ossib⁹: q̄ nō sūt sic ossa capitis: qm̄ in ossib⁹ capitis non orit̄ alrosbotb. Et sic oꝫ q̄ ista mēbra talr ꝑparent̄ vt nō eueniat i eis alrosbotb siccū neqꝫ paucū et nō eueniat grossuꝫ p̄tm trāsiens mēsuraꝫ et magnitudo pori sarcoydis diuersificat̄ fm q̄ ē mēbrū et fm q̄ est fractura magna vel pua. q: sic ē fractura magna vel pua: sic orit̄ magn⁹ vel pu⁹ por⁹ sarcoydes. Et tu scies qūo alrosbotb diminuit̄ qñ erim⁹ rememorati de cibis et strictura. Et subdit q̄ cū accidit alrosbotb oꝫ vt mēbrū ꝓhibeat̄ a motib⁹ cōpmētib⁹ a coitu et ira et iracūdia: qm̄ adducunt sanguinē et sanguis fugit locū calm̄ et q̄rit frm̄. Et subdit q̄ ꝯnatio alrosbotb adiuuat̄ cū ēplis fortib⁹ stipticis in q̄b⁹ ē calitas q̄dam et glutinatio: et ponit medicīas q̄ ponunt̄ i istis emplis et sūt note. Deinde cū dic.

¶ Et quādo accidit fracture vt nō restauret̄ restauratiōe de qua curet̄ tūc fiat in ea qddaꝫ sile fricationi in vlcerib⁹ q̄ nō sanant̄: et est vt fricetur vtrisqꝫ manib⁹: donec auferat̄ viscositas vilis debilis q̄ est q̄si ipsa nō sit aliqd: q̄re accidit vt eleuet̄ in locū et ipellat̄ ad ipm̄ sanguis bonus nouus et coaguletur sup ipm̄ rosbotb forte: et multotiens qdeꝫ egrediunt̄: et alterat̄ color ossis: res siles corticib⁹ et squamis ꝓpter fricationē. et sup huiusmodi nō ponant̄ astelle: imo si fuerit necꝫ sufficiat ligatura bona.

¶ Ponit quartū canō. et dic̄ sic. q̄ qñ accidit fracture vt nō restauret̄ restauratiōe de qua possit curari: tunc fricet̄ sic fricant̄ vlcera q̄ nō sanant̄: et fricet̄ vtrisqꝫ manib⁹ donec auferat̄ illa viscositas q̄ est ac si ipsa nō sit aliquid quādo accidit ꝓpter fricationē vt veniat ad mēbrū sanguis bonus et giet̄ alrosbotb forte. Et subdit q̄ mltotiēs egrediūtur res similes corticib⁹ et squamis per fricatōes et i hꝯ dispositione non ponant̄ astelle: immo sufficiat ligatura bona. Deinde cum dicit.

¶ Et quādo aggregant̄ fractura et vulnera tūc nō est posse vt differat̄ restauratio vsqꝫquo sanent̄ vulnera. os. n. indurat̄ et nō recipit restaurationē nisi cuꝫ ꝑuitate et extēsione vehemēti et dispōnibus maximis. Et cū hoc qñ accidūt cū vulnere dolores et apata in q̄bus est timor tūc vt torqueat̄ membꝝ meli⁹ est q̄ vt accidat timor magn⁹: quare oꝫ vt in huiusmodi fractura nō perueniat̄ ad vltimū in re restauratiōis.

Quā in oībus [illegible] nō [illegible] poro
sarcoydes [illegible] in [illegible]

Et qñ est cũ fractura attritio est cũ illo timor in corrosione mẽbri: q̄re o; vt scapelleť locus ad hoc vt egrediať sanguis: qm̃ in ipso ẽ timor ꝛ est vt moriať mẽbrũ. ꝛ si fluat sanguis tunc o; vt retineať. Et multotiẽs q̄dẽ fit necessariũ ꝓpter timorẽ apostematis ꝛ nocumẽtu; vulneris vt facias aliud q̄ꝫ sit necessariu; de curatione membri: quare flebotomas ꝛ soluis ventrem ꝛ subtilias cibum.

¶ Ponit q̄ntũ cañ. ꝛ dicit sic. ꝙ qñ fractura ꝛ vulnera aggregaň: tũc non est possibile vt differaň restauratio vsq̄quo sanaň vlcera. Et rõ est. q: si differť restauratio: tũc os nõ recipit restauratiõnẽ ꝓp duritie; nisi cũ difficultate ꝛ prauitate ꝛ extensione vehemẽti. Et iõ subdit ꝙ qñ accidũt in vulnere dolores ꝛ apãra in q̄bus est timor vt mẽbrum torqueaŕ melius est q̄ꝫ vt accidat timor magnus. q̄re op; vt in hõ fractura nõ ꝑueniaŕ ad vltimũ i restaurando. et subdit ꝙ qñ cum fractura est attritio ꝛ timor ne corrodat mẽbrũ. q̄re op; vt locus scapelleť tali vt egrediaŕ sãguis qm̃ est timor ne moriaŕ mẽbrũ. ꝛ si sanguis fluat superflu⁹. tũc op; vt retineaŕ. Et subdit ꝙ multotiẽs fit necessariu; vt soluaŕ venter ꝛ fiat flẽomia ꝓp timore; ne mẽbro eueniat apostema. Deinde cum dicit.

¶ Et q̄ñq; accidit ex strictura pruritꝰ ꝛ ẽ necessarium vt soluaŕ: aut embrocet mẽbꝝ cũ aqua calida donec resoluanť humiditates mordicantes. et Hyp. q̄dẽ p̄cipit ei q restauraŕ vt sugat aliquid de helleboro in illa hora ꝛ fuit ei⁹ intẽtio vt trahanť mãe ad interiora. ꝛ Ga. ꝓhibet hoc: imo p̄cipit vt bibaŕ agaricu;. Et si fuerit necessariũ tũc deť aliq̄d de sirupo acetoso i quo sit virt⁹ acuta. ꝛ dr̃ ꝙ illud fuit in tp̃e Hyp.

¶ Ponit sextũ cañ. ꝛ dicit sic. ꝙ q̄ñq; ꝓp strictura; accidit pruritus: q̄re est necessariũ vt mẽbrũ dissoluaŕ ꝛ embrocetur cũ aq̄ calida donec resoluanť hũiditates mordicantes. Et subdit ꝙ hyp. p̄cipit ei q restauraŕ vt sugat aliq̄d de elleboro: ꝛ intentio ei⁹ fuit vt trahanť mãe ad iteriora. Et Ga. ꝓhibet hoc: imo p̄cepit vt bibaŕ agaricum. Et dicit Auic. ꝙ si fuerit necessariũ dare hoc tũc detur de sirupo acetoso aliq̄d in quo sit virt⁹ acuta. ꝛ dicit ꝙ illud de elleboro fuit tp̃e Hyp. Deinde cum dicit.

¶ Et superfluitas que est iter duo tẽpora est mirabilis. ꝛ cũ volueris facere restauratiõe;: deinde dolet ꝛ inq̄etat: tunc recti⁹ est vt dimittas illud ꝛ extrahe illõ q̄õ redire fecisti: fortasse. n. remouebis per illud ifirmũ a dolorib⁹.

¶ Ponit septimu; cañ. ꝛ dicit sic. ꝙ superfluitas q̄ est inter tp̃s p̄ncipij ꝛ tp̃s restauratiõis est mirabilis. Et subdit ꝙ cũ tu volueris facere restauratiõnẽ ꝛ membrũ postq̄ꝫ restaurasti dolet ꝛ inq̄etat: tũc rectius ẽ vt dimittas restaurare. ꝛ extrahe illud q̄õ fecisti redire: qm̃ fortasse per hoc remouebis ab infirmo dolore;.

¶ In fractura aũt in lõgitudine suffiť vt mẽbrũ adhereat cũ strictura vehemẽti ꝛ vehemẽtiore q̄ꝫ in alijs: i cui⁹ ꝯp̄ssiõe vltimatio fiat ad iteriora. In fractura autẽ q̄ est in osse o; vt duo ossa stent ꝑm rectitudinem in fine q possibilis ẽ obseruando illud ex ꝑte situs partiũ sanaꝝ. ꝛ considera an sit oppositio ossis hui⁹ ad suu; cõpar ossis alterius: deinde restaura: ꝛ obserua. nam iter illud sunt res de illis sicut frusta ꝛ additiones: ꝛ de illis sunt vacuitates: veru; frusta qñ non decenter componunť soluunt inter os ꝛ inter restaurationem.

¶ Positis aliq̄bus canonib⁹ de vase restauratiõis. ponit alios cañ. ꝛ iterũ diuidiť in ꝑtes tot quot ponit cañ. q oẽs apparebũt inferi⁹. dicit sic de p̄ cañ. ꝙ in fractura q̄ est in osse ꝑm lõgitudinẽ sufficit vt mẽbru; adhereat strictura vehemẽti. ꝛ sit strictura vehemẽtior q̄ꝫ in alijs stricturis ꝛ ꝯprimaŕ mẽbꝝ versus ꝑtes interiores mẽbri. Et subdit ꝙ fractura q̄ est in osse op; ꝙ duo ossa stent ꝑm rectitudinẽ q̄ ẽ possĩ: ꝛ debes obseruare h̃ faciẽdo ꝯpõnẽ ad ꝑtẽ sanaꝝ: ꝛ ꝯsidera an oppositio isti⁹ ossis sit ad suũ cõpar ossis alteri⁹: deide restaura ꝛ obserua. Et subdit ꝙ qñ frusta ossis nõ decenť ꝯponunť soluũt iter fracturã ꝛ restauratõ; q: nõ ꝑmittũt facere restaurationẽ. Deide cũ dicit.

¶ Et qñ frangiť iterũ ꝛ remanent iter duas scissuras ossis non ꝑmittunt vt adhereat vna carũ alteri ꝛ separanť: q̄re fit vlcus in quo semp aggregaŕ viri⁹: q̄re accidit inde ꝙ ipsũmet putrefit ꝛ putrefit mẽbrũ. Amplius vnitio nõ fit fortis: fortis. n. nõ fit nisi qñ decẽter continuantur frusta ꝛ additiões in oppositiõe sua q̄ ei opponitur. est ergo necessaria extensio postq̄ꝫ fuerit verificata oppositio iter duo ossa ꝛ iter additiões ꝛ meatus q deglutiunt eas ꝛ verificata fuerit restauratio. Cũ ergo extẽderis ꝛ opposueris: rectũ est cũ inuenis oppositiõe; verificata; vt mollifices extensiõnẽ paulatim ꝛ obserues oppositionem vt decliner cu; attractione ꝛ obserues cum manu tua dispositionẽ ei⁹ q̄õ decenter componitur.

¶ Ponit 2ᵐ cañ. ꝛ dicit sic. ꝙ qñ os frãgiť ꝛ iter duas scissuras ossis remanẽt ista ossa nõ permittũt vt vna scissura ossis adhereat alteri scissure: q̄re accidit ide putrefactio i mẽbro. Et subdit ꝙ restauratio mẽbri i p̄ restauratõis nõ fit fortis: nõ. n. fit fortis nisi qñ decenť ꝯtinuanť frusta et additiões ossis in oppõne sua. Et sic postq̄ꝫ iter duo ossa ẽ fcã oppositio ita ꝙ meat⁹ deglutiãt se: tũc ẽ necĩa extẽsio q̄usq; vificeť restauratio. Et subdit ꝙ cũ imediate extenderis ꝛ opposueris vnã ꝑtẽ ossis alteri pti ꝛ vificata ẽ oppositio ꝑtiũ ossis: rectũ ẽ vt extẽsio mollificeť paulatī et obserues cũ manu tua illõ q̄õ decẽter ꝯpõiť. Deiñ cũ diť.

¶ Et si inueneris eminentiã aut aliud rectifica illud cum manu: deide necessariũ est ligamentum cõseruans mẽbrũ ꝑm q̄ete; sua; nõ duru: qm̃ dolere facit valde: neq; lene quoniã diminuit cõseruationẽ. ꝛ de reb⁹ q̄ carũ est media est melior. ꝛ op; vt sit ligamentũ positu; ad illud ad q̄õ est iclinatio vehementius.

¶ Ponit tertiũ cañ. ꝛ diť sic. ꝙ si tu inueneris eminẽtiã aut aliud tu debes rectificare illud cũ mãu tua: deide administra ligamentũ necĩu; ita ꝙ ligamẽtũ nõ sit multũ strictũ n; mltũ molle. qm̃ melior medicia fracture ẽ ligatio ꝛ ligamẽtũ o; ꝙ sit positũ vehemẽtius ad illud q̄õ magis declinat. Deinde cum dicit.

¶ Et si fractura est cōpleta tunc oz vt equetur equatiōe stringente eā ex omni parte. Et si fractura fuerit in parte plꝰ oportebit vt sit strictura illic plus: ꝛ si cū fractura fuerit aliqd ex frustis ꝛ ossibus paruis tūc si fuerit ledens dolorem facies tunc valde ad illud cū rectificatiōe. Et si nō fuerit ledens tūc non cures de eo neqꝫ apponas manū. Et si verbi gratia. audita fuerit eius crepitatio tunc sperat̄ qꝫ currit sup eaꝫ rosboth. Cum ergo securus fuerit de illo tunc nō opꝫ vt tardetur res eius.

¶ Ponit quartū canō. et dicit sic. qꝫ si fractura est cōpleta: tunc oz vt fractura equet̄ equatiōe stringēte eā ex oī pte Et si fractura fuerit plus in pte oz qꝫ strictura sit plꝰ illic vbi est fractura. Et subdit qꝫ si cū fractura fuerit aliquid de frustis ossium si illud frustū ledit oz rectificare. Si aūt nō ledit dimittat̄ ꝛ nō curet̄ de eo. Et si vides os crepitare: tunc speratur qꝫ alrosboth venit super ossa fracta ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quādo accidit ex frustis disruptio carnis nō est tūc rectum occupari in dilatatiōe disruptionis operatiōe stolidorū sed est necesse vt extendātur duo ossa ad duo latera ꝯm vltimū finē rectitudinis ne sit tortuositas in eis quoniā in tortuositate tūc est corruptio ossis. Cū ergo extenderis ipsum tunc redi ad frustum ꝛ reduc ipsum ꝛ stringe illud.

¶ Ponit quintū canō. ꝛ dicit sic. qꝫ qm̄ ꝓpter frusta ossium accidit disruptio carnis nō est rectū occupari tūc in dislocatione disruptiōis carnis operatiōe stolidorū. sꝫ est necē vt restaurent̄ ossa ꝯm vltimū finē rectitudinis ne sit tortuositas in ossibꝰ: qm̄ i tortuositate tūc ē corruptio ossis. Cū ergo extenderis mēbrū: tūc si eēt aliqd frustū reduc ꝛ stringe cū ligatura. Deinde cū dicit.

¶ Si aūt nō redit tūc nō dilates disruptionem: imo pn̄s sis vt videas mēsuram qua idiges ꝛ pfora in ea ꝯm quātitatē qua igrediat̄ in eā frustum ꝛ cōpone super ipm̄ frustum cutis lenis super qd possit esse foramē spissum ꝛ penetret frustum in ipm̄: ꝛ preme sup cutem ꝛ manū cōpressiōe grauante eas ambas: ꝛ ꝓcedet os in foramine ꝓcessione ad radicē suam: deide serra cū serra opatōis: ꝛ est serra minuta subtilis acuta sicut serra facientiū pectines. ꝛ fortasse pforat̄ radix cuius pforatio est necessaria cum tripano faciēdo foramia cōtinua accipiēdo locum cuius querit̄ fractura: ꝛ illud nō est auferens timorē vbi est post os corpus nobile: licꝫ fortasse sit saluius qꝫ instrumēta monētia motu suo aut sua collectione aut incisione sua. Et qn̄qꝫ ingeniat̄ vt ponatur tripanū sup latitudinem substātie nō pmittentē tripanū penetrare nisi ꝯm quātitatē adiuuantē: q̄re est mioris nocumēti qꝫ istrumēta mouētia. ꝛ pp hoc oz vt sint apud restauratores ipsorū tripanorū species plures preparate.

¶ Ponit sextum canō. ꝛ dicit sic. qꝫ si frustū non redit tunc debes pforare ꝯm quātitatē qua frustū ossis exeat extra: istud frustū serret cum serra facientiū pectines. Et subdit qꝫ fortasse istud frustum ossis auferi cū trepanis: lꝫ talis pforatio nō sit auferens timorē ꝛ ꝓprie vbi post os qd aufertur est aliqd corpꝰ nobile: sicut eēnt nerui artarie ꝛ vene. ꝛ ista ablatio cū trepano ē saluior qꝫ cū reliquis istris que auferūt aut collectione: sicut tenalie: aut incisione sic rasoriū. Et nō pmittat̄ qꝫ trepanum penetret vltra necessitatem. Et sic cōcludit qꝫ ꝓpter hoc restaurator debꝫ hr̄e multas spēs trepanorū. Deinde cū dicit.

¶ Et fortasse non apparet frustū sed est necessarium ad intus illud qd exiccat ꝛ retinet ipm̄. deinde fieri illud quod oportꝫ. Et si fuerit frustum aut petia ossium separatum pungens locum ꝛ dolorē faciens tūc necesse est scindere ꝛ vti regimine ad extrahendū illud qd egreditur. Et multotiēs oportet serrare illud. ꝛ quādo fuerit illud quod fractum est ꝛ cōminutū magnum ꝛ fuerit eius cōfractio ꝛ cōminutio plurima tūc necesse erit vt extrahatur totū. Si autem fractura non fuerit cum cōminutione ꝛ fuerit dislocatio eius scissura capiens locū plurimū: tūc incide infirmiorē locū ꝛ dimitte reliquū: qm̄ non est nocumentum in eo: immo nocumentū in abscidendo totū est magnū.

¶ Ponit septimum canō. ꝛ dicit sic. qꝫ fortasse non apparet frustū ossis: ꝛ tūc est necessariū ponere exiccantia: deide fiet illud qd oportet. Et subdit qꝫ si fuerit frustum ossis pungens aut petia separata ab osse: tunc necessarium est scindere locum ꝛ extrahere illud os. ꝛ quādoqꝫ est necessarium vt serret̄ illud os. Et subdit qꝫ si illud os quod est fractum fuerit cōminutum: tunc opꝫ vt extrahatur totū os. Et subdit qꝫ si fractura nō fuerit cum cōminutiōe ossis: ꝛ dislocatio ꝛ scissura fuerit plurima: tunc incide locū infirmiorem: ꝛ alium locum dimitte: quoniā non est nocumentum in dimittendo: imo nocumentū in abscindēdo totum illud est magnum.

## ¶ De admonitione restaurationis. CAP. III.



Necesse est restaurator vt cōsideret inclinationē ossis: ꝛ qm̄ ipse inuenit apud partē ad quā inclinat̄ gibbositatē ꝛ apud partē a qua inclinat̄ cōcauitatē. Et plurimū quidē itelligit illud cum tactu. ꝛ illud iterū qm̄ dolor sit vehemēs in pte ad quā est inclinatio. ꝛ crepatio iterū significat illud ꝛ super illud fabricet rem suam.

¶ Posito caplo de vasi restaurationis. ponit capitulū de āmonitione restauratoris. ꝛ diuidit̄ istud capitulū in tot partes quot ponit canō. de restauratione. partes patebunt legendo ꝛ exponendo litterā. dicit sic de pmo canone: qꝫ restaurator debet cōsiderare inclinationem ossis: quoniā restauratio inuenit apud partē ad quā inclinatur gibbositatem. Et apud partem a qua inclinatur inuenit cōcauitatem: et restaurator intelligit hoc cum tactu: ꝛ cognoscitur. etiam quia dolor est vehemens in illa parte in qua est declinatio ossis. et etiam crepitatio significat os fractum. Deinde cum dicit.

¶ Et est necessariũ restauratori vt extendat manum suã sup locuȝ fracture in dispõne itineris eius ad supiora ⁊ iferiora cũ facilitate ⁊ subtilitate donec si viderit separationẽ aut eminentiam aut frustuȝ cognoscat ipm vt nõ liget vice altera nisi ẜm ꝙ oȝ: qm̃ accidet cõfusio aut dolor: ⁊ nõ oȝ vt cõfidas in equatiõe sensata p manum ante cõplemẽtuȝ sanitatis. nã multotiens occultat apa cõtusionẽ ⁊ torsionem: cum ergo restaurator puenerit ad fracturã ⁊ inuenit illud si nõ exquisite operať in eo deturpatur mẽbrũ: ⁊ si exquisite operať perducit ad spasmũ ⁊ febrem paruaȝ: ergo melius est vt dimittat illud ⁊ non tangat ipsum.

¶ Ponit 2m cañ. et dicit sic. ꝙ restaurator õbȝ extendere manũ suã super locũ fracture tangẽdo ad supiora ⁊ iferiora cũ facilitate ⁊ subtilitate donec si viderit separationeȝ aut eminẽtiam aut frustum cognoscat illud: ⁊ nõ liget restaurator nõ ẜm ꝙ opȝ imo liget ẜm ꝙ oȝ. qꝛ si ligaret nõ ẜm ꝙ oȝ faceret accidere doloreȝ aut ꝯfusionẽ. Et subdit ꝙ nõ oȝ restauratoreȝ cõsiderare in equatiõe quã videt ⁊ sensata p manũ. Naȝ multociẽs apa occultat contusionẽ ⁊ torsionẽ. Et subdit ꝙ cũ restaurator puenit ad fracturã ⁊ inuenit. s. apa torsionẽ si non exquisite operať in mẽbro deturpať mẽbrũ. et si exquisite operať pducit ad spasmũ ⁊ febrem prauam. Ergo melius est vt dimittať illud ⁊ nõ tangat ipsum. Deinde cum dicit.

¶ Cum ergo icipit puenire ad restaurationem ptis ossium ⁊ nõ penetrat opȝ vt nõ vim faciat ⁊ faciat ipam ingredi cuȝ difficultate ẜm oẽm dispositiõeȝ qm̃ ingrediť super ifirmuȝ qd̃ est maius ꝙ̃ remaneat os nõ equatuȝ. Et si dolet reditio ⁊ rectificatio valde ⁊ est posse medico vt reducat illud ad dispõnẽ fracture tũc est delitie ifirmo ⁊ cõcupiscẽtia magna.

¶ Ponit tertiũ cañ. et dicit sic. ꝙ cũ restaurator peruenit ad restaurandũ partes ossiuȝ ⁊ nõ penetrat. s. vna ps ossis in aliã nõ oȝ vt faciat fracturã ingredi cũ difficultate ẜm oẽm dispõnem qm̃ super infirmũ fiet maius maluȝ ꝙ̃ vt os remaneat nõ equatuȝ. Et subdit ꝙ si reditio ⁊ rectificatio dolet valde. ⁊ est posse ꝙ medic⁹ reducat membruȝ ad dispõnem fracture tũc infirmo est delitie ⁊ cõcupiscẽtia magna. Deinde cum dicit.

¶ Et opȝ vt restaurator festinet ad restaurãdũ illud qd̃ fractum est ⁊ restauret in die suo: qm̃ quãto plus elõgatur tãto est eius itroitus difficilior ⁊ nocumẽta in ipso sũt plurima ⁊ pprie in ossibus q̃ circũdãt lacerti ⁊ nerui plres sic costa. ⁊ opȝ vt adiuuet ad festinationẽ restaurationis cũ causis in ꝯtrario cãruȝ oppositarꝫ pdictarũ ⁊ prima est cõglutinatio sanguinis viscosi.

Inquit sapiēs cum īciditur ad interiora frangitur.

¶ Supi⁹ Aui. determinauit de fractura cranei i pte ista dtermīat ꝺ fractura mādibule: ⁊ duo facit: q: ꝑ pmittit. 2° ponit curā. 2ᵃ ibi. (Quā si frāgit̄ mādibula). dic̄ sic de pma pte ꝙ sapiēs dixit ꝙ cū mādibula īcidit̄ ad īteriora .i. īclinat̄ ad īteriora frāgit̄. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qz si frangit̄ mādibula dextra tūc intromitte indicem ⁊ mediū manus sinistre in os infirmi: ⁊ si frāgit̄ mandibula sinistra tūcītromitte manus dextre ⁊ eleua cū eis marginē fracture exterius ⁊ iterius ⁊ oppone eas ambas cum manu altera de foris ⁊ equa eam ⁊ cognosces eq̄tionē eius ex equatōe dentiū q̄ sunt in ea.

¶ Ponit curā ⁊ duo facit. q: ꝑ ponit curā q̄n mādibula frāgit̄ in vno loco. 2° ponit curā q̄n mādibula frāgit̄ in diuersis locis. 2ᵃ ibi. (Si aūt frangitur mādibula). Dicit sic de pma pte ꝙ si mādibula dextra frangit̄: tūc ītromitte digitum indicē ⁊ mediū manus sinistre in os īfirmi ⁊ restaura. Et si frangit̄ mādibula sinistra. tūc ītromitte digitos manus dextre ⁊ eleua marginē fracture equādo ⁊ monēdo iterius ⁊ exterius: ⁊ cognosces equationē eius equatōe dentium qui sunt in mādibula. ¶ Deide cum dicit.

¶ Si aūt frāgat̄ mādibula in duob⁹ locis: tunc extēde eam in duo latera ſm oppositionē ministro extēdēte eā: ⁊ ministro retinēte ipsam: deinde veniat medic⁹ ad equādū ipsaꝫ ſm ꝙ diximus ⁊ liga dētes q̄ torti sūt ⁊ sepati sūt adiuicē. Si āt accidat cū fractura vulnus aut frustū tūc administra ꝯsuturā ⁊ puluillos ⁊ medicinas īcarnatiuas post reditionē ⁊ equationē.

¶ Ponit curā q̄n mādibula frāgit̄ in duob⁹ locis: ⁊ duo fac̄ q: ꝑ facit hoc. 2° docet facere ligamētū. 2ᵃ ibi. (Inqt ⁊ ligamentum). dicit sic de ꝑᵃ pte: ꝙ si mādibula frangit̄ in duobus locis: tūc extēde mādibulam in duo latera ⁊ medicus equet ipsam ſm ꝙ diximus ⁊ liga dētes q̄ torti sunt: ⁊ sepati sunt adiuicē. Et subdit ꝙ si cū fractura accidat vulnus: aut frustum ossis: tūc admistra cum sutura puluillos ⁊ medicias īcarnatiuas post reditionē ⁊ eq̄tionē. Deiā cū dic̄.

¶ Inqt: ligamentū eius sit secūdū hūc modum pone medietateꝫ vitte sup nucbā colli ⁊ vadāt due extremitates a duobus lateribꝰ super duas aures vsqꝫ ad extremitateꝫ mandibule: deinde vadāt cuꝫ eis iteꝝ ad nucbaꝫ: deinde vsque ad locuꝫ sub mādibula super duas maxillas vsqꝫ ad sinciput vadens ex eo iterum vsque ad locū qui est sub nucba ⁊ ponatur ligamētuꝫ aliud super frontēꝫ ⁊ in posterioribꝰ capitis ⁊ strīgat̄ tota inuolutio que īuoluta est ⁊ ponatur desuper pannus lenis.

¶ Docet facere ligamētū: ⁊ dicit sic ꝙ ligamētū fit ſm hūc modū. naꝫ ponit mediū vitte sup nucbā colli: ⁊ vadāt due extremitates ligamēti sup duas aures vsqꝫ ad extremitatem mādibule. deide iterū vadāt ad nucbā: deide iteꝝ reuoluat̄: ⁊ fiat aliud ligamētum sup frontē: ⁊ tota inuolutio q̄ īuoluta est strīgat̄ ⁊ ponat̄ desup pān⁹ lenis. Deiā cū dic̄.

¶ Et si separentur ambe mādibule simul ex extremitatibus earū tunc incipiatur cum vtrisqꝫ manibus paulatiꝫ: deinde opponātur ⁊ ꝯiūgātur ⁊ consideretur ad cōpositioneꝫ dentiuꝫ ⁊ liga duales cuꝫ filo auri vt non separetur rectificatio ⁊ ponatur medicamen ligamenti super collum ⁊ vadat caput eius ad extremitateꝫ mādibule ⁊ precipiatur īfirmo vt q̄escat ⁊ sit tranquillus ⁊ dimittat locutionē ⁊ ponatur cib⁹ ei⁹ sorbitiōes. Et si alteratur aliud ex figura tūc soluat̄ ligamētū nisi accidat apā calīꝫ. Qz si accidat tūc nō negligas vti emplis ⁊ embrocis q̄ ꝯueniunt ad illud ex illis q̄ sedant ⁊ resoluūt cuꝫ eq̄litate. Et os q̄dē mādibule strīgit̄ ante tres hebdomadas: quoniaꝫ est lene ⁊ est in eo medulla plurima replens ipsum.

¶ Ponit curā per ligamētū q̄n mādibula frangit̄ in duob⁹ locis. ⁊ dic̄ sic ꝙ si āmbe mādibule sepant̄ sil' ex extremitatibus eaꝝ: tūc īcipiat̄ restaurari cū vtrisqꝫ manib⁹ paulatim deide ꝯiugant̄ mādibule: ⁊ ꝯsidera ꝙ dētes bn̄ apponant̄ ⁊ liga dētes duales cū filo auri: ⁊ non sepet̄ rectificatio. Et ponat̄ mediū ligamēti sup collū: ⁊ vadat caput eius ad extremitatē mādibule ⁊ ꝑcipiat̄ vt īfirm⁹ q̄escat: ⁊ sic trāquillus: ⁊ dimittat locutionē. Et cib⁹ eius sit sorbitis. Et subdit ꝙ si non mutat̄ aliq̄d ex fissura: tūc nō soluat̄ ligamētum nisi accidat apā calīm. Et si apā calīm accidat: tūc nō negligas vti emplastris ⁊ embrocis que ꝯueniunt ad apā calīm. Et ex illis que sedāt ⁊ resoluāt cū equalitate. Et subdit ꝙ os mādibule restaurat̄ an̄ tres hebdomadas: q̄m est os lene: ⁊ est medulla plima replens illud os.

¶ De fractura nasi. CAP. III.

Nasi supior ps est os ⁊ īferior ē cartilago: ⁊ illi q̄dē cartilagini non accīt fractura: imo attritio: ⁊ ꝙ cōprimēdo dilatat̄ tota: ⁊ q̄ñ dilatat̄ inferior ps ei⁹ supiore remanēte vt est ⁊ separio ad vnuꝫ lat⁹. Supiori ṽo pti ossis accīt q̄nqꝫ fractura: ⁊ q̄n frāgit̄ nasus ⁊ nō curat̄ ꝑducit ad casū. Et iteꝝ q̄nqꝫ īdurat̄ ⁊ remanet ſꝫ tortuositatē suā: q̄re non recipit equationem.

¶ Ponit capl'ꝫ de fractura nasi. ⁊ duo facit. q: ꝑ pmittit. 2° ponit curā. 2ᵃ ibi. (Opꝫ ḡ vt festinet̄) dicit sic de pma pte ꝙ superior pars nasi est cartilago: ⁊ cartilagini non accidit fractura: imo accīt ei attritio ⁊ cōprimendo dilatat̄ tota: ⁊ ista ps īferior dilatat̄ existe pte supiori nasi: sꝫ supiori pte nasi q̄nqꝫ accīt fractura. Et q̄n nasus frāgit̄: ⁊ n̄ curat̄ ꝑduc̄ ad casum. Et q̄nqꝫ īdurat̄ ⁊ remanet ſm tortuositatē suā: ⁊ non recipit curationē. Deinde cum dicit.

¶ Opꝫ ḡ vt festinet̄ ī die p̄rio ⁊ nō ptrāseat decimū. Et scias ꝙ q̄n fractura nasi cōseq̄t loca superiora ei⁹ magis ꝯueniēs ē: ⁊ rectī⁹ regimē ī ea est vt sumat̄ stilus decēter fact⁹ lenis ⁊ intromittat̄ cū facilitate in nasum vsqꝫ ad finē alchabasum ⁊ teneat ipm cum manu sua ⁊ equet nasum cum manu altera donec equetur: deinde subtilit̄ intromittēdo licīniū cōseruās ipsuꝫ in

figura equationis. Et meli⁹ ē qdē vt fit ex lino Et cautela ē vt itromittat̃ in vtrasqꝫ nares fil: sꝫ non sit nocumētū nisi in latere vno. Et qñqꝫ ponit̃ liciniū in latus vnū vsqꝫquo eius vltimatio ꝑuenit ad cōfirmatiōem ⁊ restaurationem. Et nō componat̃ sup nasum ligamentū: quoniam facit ipm latum nisi sit illic eminentia magna ⁊ timeat̃ sm eam descēsio.

Ponit curā. ⁊ pmo ponit curā qñ nasus frangit̃ in ptib⁹ supioribus. 2° ponit curā qñ frāgit̃ in partibus iferiorib⁹. ibi scōa (Cū aūt accidit in partib⁹) Dicit sic de pma parte ꝙ oꝫ vt festinet̃ restauratio nasi in die pmo ⁊ nō ptranseat decimū. Et scias ꝙ qñ fractura nasi fit in partib⁹ superioribus magis ɔueniēs ⁊ rectius regimē in ea ē vt sumatur filus decēter factus: ⁊ itromittat̃ cum facilitate in nasum vsqꝫ ad alchaiasem .i. ad ptes vbi fit odorat⁹ ⁊ teneat hūc filū cū manu sua ⁊ cū manu altera equet nasūꝫ quousqꝫ equet̃. Deinde subtiliẽt medicus in itromittēdo licinium cōseruās nasum in figura sua. Et melius qdē est vt illud liciniū fiat ex lino. ⁊ maior cautela ē vt liciniū intromittat̃ in ambas nares. dato ꝙ lesio fit tm̄ in vna nare. ⁊ ponit̃ qñqꝫ licinium in latere vno quousqꝫ ꝑuenit ɔfirmatio ⁊ restauratio ɔpleta. Et subdit ꝙ nō dꝫ poni ligamētū qm̄ facit nasuꝫ latū nisi esset multū magna eminētia: ⁊ reaneat̃ nasus sm eūdem sensum. Deinde cū dicit.

Cum aūt accidit in partib⁹ iferioribus: tunc posse est vt equet̃ cū duobus digitis duaꝝ manuū sicut duob⁹ idicibus aut duobus auricularibus. Et qñ accidit in hac dispōne apa: tūc vnguentū diaglon ē bonuꝫ valde: qm̄ sedat apa ⁊ cōseruat iterū figuram equatiōis ⁊ ɔfortat. fit medicamē factum cuꝫ aceto ⁊ oleo ⁊ simila ⁊ minuto turis sup qd̄ puluerizet̃ cinis: ⁊ emplastret̃ cum eo. Et qñ fractura est attritio aperta tūc nō est posse vt redeat cum ea ad rectificatiōnē nisi postqꝫ findit̃ ⁊ extrahit̃ cōminutio ossiū ⁊ cum sutura eius: ⁊ puluerizent̃ desup pulueres. Et qñ accidunt iclinatio ⁊ sepatio cartilaginis tunc equa eaꝫ violēter: deinde liga eaꝫ ligatura cōseruāte eam super illud et ē vt ponas ligamētū extensuꝫ ex latitudine ceruicis super quaꝫ est iclinatio ex eis quib⁹ sit facile hoc ligamentuꝫ. ⁊ bonuꝫ ē vt sumas marginē pāni fortis: aut corrigiā cui sit latitudo digiti vni⁹ ⁊ leni vnam extremitatū eius cū glutino pisciuꝫ: ⁊ glutino corij vaccini: aut cū gūma aut cum reliquis glutinationē faciētibus: ⁊ iuisca ipsam super extremitatē nasi ex latere sup qd̄ est iclinatio donec exiccet̃ sup ipm ⁊ reducat̃ nasus ad situm suū cum violētia. deinde extēde illā corrigiam: aut pannū donec equet̃ cū eo ⁊ iclina ipꝫ ad lat⁹ diuersum iclinationi prime ⁊ restaura ipsum super collum ⁊ liga ipsum ligamēto tenente ipm secundum illam formā ⁊ emplastra cū emplastris que sunt necessaria.

Ponit curā qñ nasus frangit̃ in partibus iferioribus. ⁊ dicit sic: ꝙ cū fractura accidit in partibus iferiorib⁹ nasi. tūc posse est vt equet̃ fractura ista cuꝫ duob⁹ digitis sic cū duobus indicib⁹ aut cū duobus auricularibus. Et subdit ꝙ qñ in hac dispōne accidit apa: tunc vnguētum diaglon ē bonuꝫ: qm̄ sedat apa ⁊ ɔseruat figurā equationis ⁊ ɔfortat ⁊ ponit alia medicamina que ēt sunt bona ⁊ sunt nota Et subdit ꝙ qñ in fractura accidit attritio manifesta: tūc nō ē posse vt redoleat cuꝫ ista fractura nasus ad restauratiōem nasi postqꝫ scindit̃ ⁊ extrahit̃ ɔminutio ossium. ⁊ cū sutura eius. Et pulueriꝫet desup pulueres conueniētes. ⁊ qñ accidit in naso inclinatio ⁊ separatio cartilaginis. tunc equa istā separationē violēter. Deinde liga cū ligatura cōseruāte eam restauratiōem sm ꝙ ē conueniēs ⁊ est talis ligatura vt ponas ligamentum ⁊ sumas marginē pāni fortis aut corrigiā cui sit latitudo vnius digiti. Et line vnam extremitatē eius cū glutino pisciū aut cuꝫ alijs glutinantibus: ⁊ iuisca istū pannū sup extremitatē nasi ex latere super qd̄ ē iclinatio donec exiccet̃ ⁊ reducat̃ nasus ad scitū suum cum violentia: ⁊ extende corrigiaꝫ illā aut pānū donec equet̃ cū eo ⁊ emplastra cū emplis necessarijs.



## De fractura furcule. CAP. IIII.

Furcula frangitur: aut ꝑpter pondus delatū: aut ꝑpter casuꝫ magnum: aut ꝑpter ꝑcussionē vehementem.

Posito cap°. de fractura nasi. ponit cap. de fractura furcule. ⁊ duo facit. qꝛ pmo pmittit. 2° ponit curā. ibi 2ª (Amplius furcule restauratio) Dicit sic de pma pte ꝙ furcula frāgitur aut ꝑpter pōdus dilatum aut ꝑpter cursum magnū aut ꝑpter percussiōem vehemētē. Deide cū dicit.

Ampli⁹ furcule restauratio fit difficilis ⁊ idiget subtiliatiōe. Dixerūt in restauratiōe eius: si ɔtrahit̃ ꝑpe cassum erit descensio capitis adiutorij iferius minus. Inqt. Et qñ ɔbitur furcula in duas medietates: tūc fac sedere ifirmū super sedē ⁊ teneat minister adiutoriū in quo est furcula fracta ⁊ extēdat ipm ad exteriora ⁊ ad supiora iterū ⁊ extēdat mīster iteꝝ ceruicē ⁊ humeꝝ iclinatū cū q̄titate q̄ ē necīa. Et equet medic⁹ cū digitis suis illud qd̄ ē eminēs impellēs ipm ⁊ qd̄ ē ɔcauū cōmoueat añ ⁊ retro ⁊ extrahat ipm. Et si idiget in illo extensiōe plurima ponat sub titillico pilā magnā de pilis ⁊ eleuet cubitū donec approximet ipꝫ costis: qm̄ extēdet̃ sm ꝙ vult. ⁊ si icidit̃ extremitas furcule ad iferiora frāgēdo: aut nō obedit cū attractōe medici ⁊ nō suspēdit: qm̄ ē ad ꝓfundū plurimū: tūc ꝓsterne ifirmū sup collū suū ⁊ pone sub hūero puluinar gibbosum ⁊ demerge humeꝝ ei⁹ iferius donec eleuet̃ ad os furcule: deide eq̄ ipm ⁊ rectifica cū digito tuo ⁊ stringe.

Ponit curā. ⁊ duo fac. qꝛ p̄ facit h. 2° ōn̄dit qūo extremitates furcule nō frāgunt̃. ibi 2ª (Et extremitas vo eius) Prīa in duas. qꝛ p̄ Aui. facit qd̄ dcm̄ ē. 2° docet curare qñ frustū aliqd̄ lederet. ibi 2ª (Et si ifirm⁹ iuenerit) Dicit sic d̄ pma pte. ꝙ restauratio furcule fit difficilis ⁊ idiget subtiliatiōe. Dixerūt. s. antiq in restauratiōe furcule si cōtrahitur ꝑpe cassum. s. pectoris erit descensio capitis adiutorij minus. Et quādo ɔtrahit̃ furcula in duas extremitates: tūc fac sedere ifirmum super sedem ⁊ minister teneat

adiutoriū in quo ē furcula fracta. Et extendat adiutoriū ad superiora ⁊ iferiora. iterū extēdat ceruicem ⁊ humeꝝ. Et medicus equet cuȝ digitis suis illud quod est eminēs ipellendo illud qđ est eminēs. ⁊ cōmouendo ante ⁊ retro qđ est concauū. Et si indiget in illo extēsione ponat medicus sub titillico pilā magnā de pilis: vt eleuet cubituȝ donec approximet ipsum costis: qm̄ extendeť sm̄ ꝙ vult. Et subdit ꝙ si furcula iciditur ad iteriora: ⁊ non obedit cum attractione medici: tunc prosterne infirmum sup collum suū: ⁊ pone sub humero puluinar gibbosuȝ. ⁊ demerge humerum eius inferius donec eleueť ad os furcule. deinde equa ipm ⁊ stringe. Deinde cū dicit.

¶ Et si īfirmus inuenerit puncturaȝ ex deambulatione manus super ipm tūc frustum pungit ipm: sm̄ sciū ergo scinde ⁊ aufer frustuȝ ⁊ fiat illud a te cuȝ facilitate. ⁊ ꝓpꝛie si fuerit frustum subtus. ⁊ vt nō disrumpas siphac pectoris itromitte instrumētum conseruans siphac pectoris sub osse. deinde frange os. Et si nō acciderit apostema calidū: tūc sue scissurā ⁊ icarna eam. Et si accidit apostema calidū tunc infunde puluillos cum oleo aliquo. ⁊ si dimitiť caput adiutorij apud fracturā cum frusto furcule ad iferiora: tunc oȝ vt suspēdať adiutoriū cuȝ ligamento lato ⁊ eleueť ad partē ceruicis: ⁊ si frustū furcule fuerit iclinatum ad superiora. ⁊ illud qdem parum fit: tūc nō suspendatur adiutorium: sed resupina illū cuius est furcula fracta sup dorsuȝ suū: ⁊ subtilia regimē eius ⁊ stringeť furcula in mense ⁊ minus. De furcula aūt dixerūt ꝙ furcula nō sciungiť ex latere intrinseco: quoniam annexa est pectori nō sciuncta ex eo. ⁊ ꝓpter hoc non mouetur ex hoc latere. ⁊ si percutiatur exterius vehementer ⁊ separetur. tunc ipsa equetur ⁊ curatur curatione qua curatur cum frāgitur.

¶ Ponit curā quando frustuȝ aliquod lederet. ⁊ dicit sic. ꝙ si īfirmus iuenerit puncturaȝ ex deambulatōe manus super pectus. tūc frustuȝ pungit. ergo stringe ⁊ aufer illud frustuȝ. ⁊ talis ablatio fiat cum facilitate: ⁊ pone īstrumētum qđ custodit siphac pectoris. deinde incide os ⁊ extrahe: ⁊ si nō accidit apostema calidū: tūc sue fissuram ⁊ icarna eam. Et si accidat apā calidum: tūc infunde puluillos in oleo ro. Et subdit ꝙ si caput adiutorij dimittiť .i. deprimitur apud fracturam: tūc oȝ vt suspēdatur cum ligamēto lato. ⁊ eleueť ad partem ceruicis. Et si frustum furcule fuerit iclinatum ad superiora: tūc oȝ vt nō suspēdať adiutorium: sed resupina ipm cuius furcula est fracta sup dorsum suū. Et subtilia regimē. ⁊ restaurabiť furcula in mense ⁊ minus. Et subdit ꝙ qdam antiqui dixerūt ꝙ furcula nō stringiť a latere intrinseco: quoniā est annexa pectori: nō seiūcta a pectore: ⁊ ꝓpter hoc nō moueť furcula. i. non dislocať ex hoc latere. ⁊ si separeť ⁊ percutiatur exterius. tunc apā equatur. Deinde cū dicit.

¶ Extremitas vero eius que sequitur humeꝝ ⁊ separať ab eo nō dislocatur plurimū: quoniaȝ lacertus qui hȝ duo capita ꝓhibet eam ab hoc ⁊ ꝓhibet eam iteꝝ caput spatule. ⁊ non mouetur furcula motu vehemēti. quoniam ipsa nō est posita nisi vt separeť pectus tātuȝ ⁊ dilatet ipm: ⁊ ꝓpter hoc facta est furcula hoī soli inter reliqua aīalia. Et si accidat ei dislocatio ex luctamine: aut re alia simili huic: tūc ipā equetur ⁊ itromittať ad locū suum cū manu ⁊ puluillis plurimis q ponunť sup eam cū ligamento qđ oȝ. Et conuenit hec curatio extremitati humeri iterū cū separať: ⁊ reducit eam ad locū suum. Et illud quo ligať furcula humero ē humerus ⁊ os cartilaginosum: ⁊ ipm igrossať in macilentis. ⁊ cū remoueť existimat ille cui nō est experiētia ꝙ caput adiutorij iam separatuȝ est: ⁊ exiuit de loco suo. caput enim spatule videtur tunc vnum ⁊ videtur locus a quo ꝑmutatū est cōcauum. veꝝ oȝ vt distinguatur significationibus quas experiemur post.

¶ Ondit quomō extremitas furcule non dislocať. ⁊ dicit sic. ꝙ extremitas furcule que sequiť humeꝝ ⁊ separať ab humero nō dislocať plurimū: quoniaȝ lacertus hñs duo capita ꝓhibet eam dislocari. Et caput spatule ꝓhibet eaȝ ⁊ furcula moueť motu vehemēti qm̄ furcula nō est posita nisi vt separet pectus ⁊ dilatet ipm. ⁊ ideo facta est furcula hoī soli inter reliqua aīalia. Et subdit ꝙ si furcule accidat dislocatio aut ex luctamine aut ex re aliqua. tūc ipa furcula equať ⁊ itromittiť ad locum suū cuȝ manu ⁊ puluillis plurimis qui ponunť sup eam cū ligamento qđ oȝ. ⁊ hec curatio ꝯuenit extremitati humeri cum separať. Et subdit ꝙ illud quo ligať furcula humero est os cartilaginosum. ⁊ tale os igrossať in macilētis: ⁊ cuȝ istud os remoueať a loco suo extimat ille cui nō est experiētia ꝙ caput spatule sit dislocatuȝ ⁊ exiuit de loco suo: verūtamen opȝ vt distinguatur significationibus.

¶ De fractura spatule. CAP. V.

Spatule qdē locus lat⁹ parū frāgitur. Plurimū. n. quod accidit de fractura eius accidit marginibus ⁊ lateribus ⁊ frustis. ⁊ quādo accidit cognosciť tactu: ⁊ per illud qđ seqtur ea de pūctura. Verū plurimū accidit ei scissura quā significat asperitas que cognosciť tactu ⁊ dolore locali: ⁊ punctura si fuerit: lȝ nō sint reliqua signa. ⁊ fortasse accidit fractura ad iteriora ⁊ significat ipsaȝ icisio accidēs ⁊ crepitatio lenis quā ꝑcipit auditus cū crepitat miser cū ea. ⁊ iueniť ꝑ attractionem manus qua cōseqtur eā ⁊ dolorem.

¶ Posito cap°. de fractura furcule. ponit capl̄m de fractura spatule. ⁊ duo facit. qꝛ p̄mo p̄mittit. scđo ponit curā. ibi scđa (Cura eius ē) Dicit sic de p̄ma parte. ꝙ locus lat⁹ spatule parū frangiť. plurimum. n. qđ accidit de fractura spatule accidit in marginibus ⁊ lateribus spatule ⁊ frustis ei⁹. Et qñ fractura spatule accidit cognosciť tactu ꝑ illud qđ seqtur eam de pūctura. Verum plurimū accidit ei scissura quaȝ significat asperitas que asperitas cognosciť tactu ⁊ dolore locali ⁊ punctura. dato ꝙ nō sint relique fissure. ⁊ subdit ꝙ fortasse accidit spatule fractura in iteriora: ⁊ significat ipsam crepitatio quā recipit auditus: ⁊ iueniť dolor in loco. Deinde cum dicit.

¶ Et cura eius iterum est subtiliatio manus ⁊ bonitas conuenientie impulsionis ab inferiori bus ⁊ equationis. ⁊ fortasse indiget ventosis secundum ꝙ existimo donec attrahatur ad superiora ⁊ equetur cum cautela a nocumēto in aggregatione materiei. Frustula autē spatule cum frāgunt̄ si sunt inquietātia pūgentia ⁊ ledentia:tūc necessariū est extrahere ea. ⁊ si sunt geta equent̄ ⁊ ligentur ligamētis similib⁹ ligamētis furcule. Et oꝫ vt dormiat hñs fracturaꝫ spatule sup latus sanū nō sup aliud.

¶ Ponit curam ⁊ dicit sic ꝙ cura fracture spatule est subtiliatio manus ⁊ cōuenienter equare ⁊ fortasse indiget vētosis ſm ꝙ extimo donec spatula attrahat̄ ad superiora:⁊ equetur cum cautela ne accidat nocumentuꝫ de aggregatione materiei:frustula aūt spatule cum franguntur si sunt inquietātia pungentia ⁊ ledētia.tūc est necessariuꝫ extrahere ea.Et si ista frustra sint geta.tunc ligentur ligamentis similibus ligamētis furcule.Et hñs fracturaꝫ spatule: oꝫ vt dormiat sup latum santum.

¶ De fractura cassi thoracis. CAP. VI.

Accidit casso scissio sicut ligno ⁊ accidit fractura ad iteriora. Et primū quidem cognoscit̄ sonitu sensato per tactum ⁊ auditū: ⁊ qñq3 iuenis ipsam manifestā cuius due partes sunt manifeste: ⁊ cum extēsione doloris. Scđm vero sequūtur accidētia mala ex cōstrictione anhelitus ⁊ tussi sicca ⁊ fortasse patiens illud spuit sanguineꝫ. ⁊ quādoq3 generat̄ ex eo putrefactio velaminis.

¶ Ponit capl'm de fractura cassi pectoris.⁊ duo facit.:ꝙ pmo pmittit.scđo ponit curā.ibi scđa.(Et cura istoꝝ est cura) dicit sic d pma parte.ꝙ casso pectoris accidit scissio sicut ligno.i.sicut scindit̄ lignuꝫ.ita potest scindi cassum pectoris.Et accidit ꝙ frangit̄ ad iteriora.Et scissio cognoscitur sonitu sensato per tactū ⁊ audituꝫ.Et quādoq3 iuenis scissuraꝫ manifestā.cuius sunt due partes manifeste. ⁊ cū dolore extensiuo.Scđm vero.i.fracturam ad iteriora sequunt̄ accidentia mala ex cōstrictione anhelitus ⁊ tussis. Et quandoq3 patiens istam fracturam spuit sanguinem:⁊ quādoq3 generatur super istam fracturam putrefactio velaminis.Deinde cum dicit.

¶ Et cura istorum est cura illius qui hꝫ illud in humero: ⁊ si iclinatur iferius: tūc cura est illa que descripta est in cōpressione furcule depresse per fracturā. ⁊ si igrediuntur coste administra super eas ligamētum factum ex lana cum reuolutione post ligamēta posita super eas de subtus cum rectitudine:deinde aggrega extremitates duorum ligamentorum ⁊ liga eas ad inuicem:quoniam ipse ꝓhibent ligamenta reuoluta a solutione.

¶ Ponit curam ⁊ dicit sic ꝙ cura istoꝝ.i.patientiū fracturam in pectore est cura illoꝝ qui hñt fracturam in humero.Et si cassuꝫ pectoris iclinatur inferius.tūc cura est illa que dicta est in cōpressione furcule depresse ꝑpter fracturam.Et si coste ingrediunt̄ ad iteriora: tūc administra ligamēta conuenientia.deinde administra ligamentum factum cū lana ex reuolutione.deinde aggrega extremitates duorum ligamētorum simul:quoniā ꝓhibent ligamēta reuoluta a solutione.

¶ De fractura costarum. CAP. VII.

Ostis veris septem accidit fractura duobus lateribꝰ. Falsis vero accidit fractura a latere dorsi. Et quoniā extremitas alia ē cartilago hypocūdriorum ſm ꝙ sciuisti nō accidit ei attritio. Cognitio autem fracture costarū est facilis que nō occultatur tactui ꝑpter illud qđ sentit̄ de asperitate ⁊ motu in nō suo loco ⁊ fortasse auditur si ausculat̄ crepitatio occulta.

¶ Ponit capl'ꝫ de fractura costaꝝ.⁊ duo facit.q: pmo premittit.2° ponit curā.ibi scđa.(Et si fuerit iclinatio) Dicit sic de pma parte.ꝙ costis veris que sunt septē accidit fractura a duob⁹ lateribus:ſꝫ costis falsis accidit fractura a latere dorsi.⁊ qz extremitas alia istarū costarū est cartilago.sicut sciuisti.iō nō accidit ei nisi attritio. Sed cognitio fracture costaꝝ est facilis q̄ non occultat̄ tactui:⁊ fortasse si ausculat̄ sentit̄ crepitatio occulta.Deinde cū dicit.

¶ Et si fuerit iclinatio coste ad iteriora: ⁊ significāt eam accidentia pleuresis ⁊ est fortasse cū ea sputū sanguinis tūc nō audēt restauratores curare ipsam cum extensione ad exteriora propter defectū ingenij: quoniam illud est difficile absq3 ventosis. ⁊ quoniā ex ventosis timetur ꝙ aggreget̄ materia plurima ad iterioreꝫ locū ⁊ est in ea illud qđ est de corruptione. Et si expellis eas ⁊ nō ꝓlongas retentiōem earum nō est malū. Uerum quādoq3 cibant ifirmū cibis iflatiuis valde: vt ifletur venter eius ⁊ comprimat iflatio fracturam ⁊ ipellat eam ad exteriora. Et hoc quāuis sit de illis a quibus in qbusdam horis nō est excusatio:est tamē causa magna ad faciendū vt accidat apostema. Inqt quidam sapientū. Opꝫ vt cooperiat̄ locus cuꝫ lana ifusa in oleo calido: ⁊ ponant̄ puluilli in eo qđ est iter costas donec repleat̄ vt sit ligamentum equale quādo inoluit̄ ſm rotunditateꝫ:sicut narrauimus in pectore:deinde ponatur sicut ponit̄ in habentibus pleuresim ſm quātitatem cōuenienteꝫ ossi. Et si oppresserit nos res vehemēs ⁊ os pungit velamen pūctura ledente.tūc opꝫ vt findat̄ cutis ⁊ discooperiat̄ illud qđ discoopertū est de costa: deinde ponat̄ sub eo istrumentum qđ ꝯseruat siphac vt nō egrediatur siphac ⁊ icidantur cum facilitate ossa q̄ pungūt ⁊ exire facias. Deinde si nō accidit apostema calidū aggregent̄ fissure ⁊ medicent̄ cuꝫ vnguēto. Et si accidit ei apostema calidū cooperiat̄ cum puluillis ifusis in oleo: ⁊ cibetur ifirmus ⁊ curet̄ cum eo qđ sedat apā calidum ⁊ resupinet̄ sup latus qđ leue est sup ipm.

¶ ponit curã: τ dicit ſic ꝙ ſi inclinatio coſte fuerit ad interiora: τ ſignificãt talẽ inclinationẽ accidẽtia pleureſis: tũc reſtauratores nõ audẽt curare ipſaʒ ꝓpter defectũ ingenij: quõ talis curatio eſt difficilis abſq; vẽtoſis: τ ex ventoſis timet̃ ꝙ aggreget̃ mã plurima: τ eſt timor ne apoſtemet. Et ſi expellas iſtas vẽtoſas ſiue curas: τ nõ retineas eas nõ eſt malũ. Sʒ quidã medici qñq; cibãt infirmũ cibis inflatiuis vt inflet̃ vẽter infirmi: τ inflatio cõprimat fracturã ad exteriora: τ talis cura q̃uis ſit de illis a q̃bus nõ fit excuſatio eſt tñ magna cauſa vt accidat apoſtema. Et ſubdit ꝙ q̃dã ſapiẽtũ dixit ꝙ oʒ vt loc⁹ fracture cooperiat̃ cũ lana ĩfuſa ĩ oleo calido: τ ponant̃ puluilli in eo vacuo qd ẽ ĩter coſtas vt ligatura fiat eq̃lis ſicut narrauim⁹ in pectore: deinde ponat̃ ligamẽtũ ſicut ponit̃ in patiẽte pleureſim ſm q̃titatẽ ꝯueniẽteʒ. Et ſi res vehemẽs .i. fractura vehemẽs oppſſit vocẽ τ os pungit velamẽ punctura ledẽte: tũc oʒ vt ſcindat̃ cutis τ diſcopiat̃ illud qd diſcoptũ eſt de coſta: deinde ponat̃ ſub coſta iſtrumẽtũ qd ꝯſeruat ſiphac. Et incidant̃ cũ facilitate oſſa que pũgunt τ extire faciens. Deinde ſi nõ accidit apa calidũ aggregentur ſciſſure: τ medicent̃ cũ vnguẽto. Et ſi accidit apa calidum coopiat̃ cũ puluillis infuſis in oleo: τ cibet̃ infirm⁹: τ curet̃ cũ eo qd ſedat apoſtema calidũ: τ reſupinet̃ ſup illud lat⁹ qd eſt leue infirmo.

¶ De eo qd accidit ſpõdilib⁹ de fractura. CAP. VIII.



Inquit paulus. Rotũditatib⁹ ſpõdilium accidit qñq; attritio: ſed fractura parũ accidit: τ tunc minuit̃ ſiphac: τ nuche: τ nucha ipſa: τ cõicãt eis ambabus nerui in nocumento: τ ſequit̃ ea vtraq; mors ſi accidat illud ſpõdili colli. τ ꝓpter hoc oʒ vt ꝑmittam⁹ ſermonẽ τ enũciem⁹ ꝑditionẽ factã. Et ſi eſt poſſe vt pſumam⁹ τ auferam⁹ os ledẽs cũ ſciſſiõe: tũc illud eſt. τ ſi nõ: oʒ vt viſitemus eos cũ regimine qd ſedat apa calida. Et ſi remanet aliqd ex ptib⁹ eminẽtib⁹ ſpõdilis ex qua ſũt que noiant̃ ſpine. Nã illud qd cadit velociter ſub dies cũ volum⁹ ei⁹ cõminutionẽ: quoniã illud qd cõminutũ eſt mouet̃ τ ſeparatur a loco ſuo: tunc oportet vt auferat̃ illud ſcindendo curem exterius: deinde aggregetur cum ſutura τ adminiſtret̃ in eo curatio incarnatiua.

¶ poſito capitulo de fractura coſtarum: ponit capituluʒ de fractura ſpondilium: τ duo facit: quia pmo ponit curã fracture ſpondilium. ſecundo ponit curã quando frãgit̃ os ab alburbil. ſecunda ibi. (Et frangitur os alburbil.) Dicit ſic de prima parte. ꝙ Paulus dixit ꝙ rotunditatibus ſpondilium quãdoq; accidit attritio: ſed fractura parum accidit ſpondilibus: tunc minuunt̃ ſiphac τ nucha: τ leduntur nerui: τ aduenit mors. Et ſi accidit fractura ſpondilibus colli: tunc oportet vt preſumamus: τ pmittamus productioneʒ infirmi. Et ſi eſt poſſibile vt auferamus os ledens cum ſciſſione: tunc illa eſt cura: τ ſi nõ tũc viſitemus infirmũ cum eo qd ſedat apoſtema calidum. Et ſubdit ꝙ ſi remanet aliquid de ptib⁹ eminentibus ſpõdiliũ: tunc equa: τ ſi eſt aliquid cõminutũ: tunc oportet vt ſcindatur: τ extrahatur os cõminutum. deinde aggregetur ſciſſura: τ adminiſtretur curatio incarnatiua. Deinde cum dicit.

¶ Et ſi frangit̃ os alkacil in ĩferiore pte alcharim: τ alohoſos: tũc itromittat̃ digitus idex ſiniſtre manus in anũ: τ equet̃ os fractũ cũ eo τ cũ manu altera ſm ꝙ poſſe eſt. τ ſi ſenſerimus os fractũ iã ſeparatũ eſſe: tũc oportebit iterũ vt auferat̃ cũ ſciſſiõe ſicut dixim⁹: deinde adminiſtretur ligamentum qd cõuenit ano τ curatio conueniens ei.

¶ Ponit curaʒ qñ frangit̃ os ani: τ dicit ſic: ꝙ qñ frangit̃ os alkacil .i. os exiſtẽs in partib⁹ inferiorib⁹ ani: tũc itromittat̃ digitus idex ſiniſtre man⁹ in anũ: τ equet̃ os fractũ ſm qd eſt poſſe. τ ſi ſenſerim⁹ os fractũ iaʒ ſeparatũ eẽ tũc oʒ iterũ vt auferat̃ cũ ſciſſione: deinde adminiſtret̃ ligamentũ qd ꝯuenit τ curatio ꝯueniens.

¶ De fractura adiutorij. CAP. IX.



Os adiutorij cũ ſpargit̃ ſm plurimuʒ nõ declinat niſi ad exteriora: q̃re opʒ vt tu facias illud qd oʒ fieri in reditione fracture eius ſicut eſt ſm qd ſciuiſti: τ tãge ipſaʒ manu tua: τ equa equatione vltima: τ liga eã cũ ligamẽto aſcẽdente etiam vſq; ad humerũ: τ ſtringe cũ eo ſi eſt ꝓpria illi: deinde ligamẽto cõi ſʒ qd ſciuiſti etiã vſq; ſub cubito ſi fuerit fractura ꝓpinq̃ cubito: poſtea liga ipſaʒ ligamẽto tertio aſcendẽte ab inferiori vſq; ſupius: τ ſuſpẽde manũ angulariter ne multiplicet̃ eius ſuſpẽſio extendẽdo: quõ ẽ malũ: τ meli⁹ q̃dem ẽ vt ſtringat̃ adiutoriũ ad pectus ſm angularitatẽ in cubito vt nõ moueat̃: τ ꝓprie qñ fractura eſt ꝓpe cubituʒ.

¶ Ponit caplm de fractura adiutorij. τ diuidit̃ in partes tot quot ponit regulas de fractura adiutorij. partes erũt note legendo litterã. Dicit ſic: de pma parte. ꝙ os adiutorij cũ frangit̃ ſm plurimũ non declinat niſi ad exteriora: q̃re oʒ vt tu medice facias redire fracturaʒ. Et tange fracturã: τ equa eã manu tua equatiõe bona τ vltima: τ liga eã cũ ligamẽto aſcẽdente vſq; ad humerũ: τ ſtringe cũ eo: deinde liga alio ligamẽto cõi vſq; ad cubituʒ: poſtea liga ligamẽto tertio aſcendẽte ab ĩferiori ad ſuperius: τ ſuſpẽde manũ angulr̃ ad collũ: τ ne multũ ſuſpẽdat̃ extẽdendo: quõ eſt malũ. Et melius q̃deʒ eſt vt adiutoriũ ſtringatur ad pectus ſm angularitatẽ in cubito vt nõ moueat̃: τ ꝓprie qñ fractura eſt ꝓpe cubituʒ. Deinde cum dicit.

¶ Ergo pone ſup ligamẽta: aut aquã τ acetũ: aut aquã ſolã ſi fractura adhuc nõ apoſtemat̃ τ fac ipſaʒ ex lino cui⁹ latitudo ſit q̃tuor digitorũ non plus. Et ſi iã ſuperuenit ei ſpaciũ τ apoſtema eſt: tunc pone ipſaʒ ex lana τ ablue ipſaʒ in oleo ſi tibi poſſibile ẽ: τ ſi nõ fuerit aliquid ꝓhibens nõ ſoluas vſq; ad ſeptẽ: τ qd ẽ poſt eos vſq; ad decẽ: tũc ſolue τ liga cũ aſtellis: τ ſi defenſio vocat te ad aliud: tũc ſolue in tertio. τ eſt illud ad qd inclinat̃ Hyp. quõ auferre nocumẽta lʒ noceat reſtaurationi. Veruʒ ĩ qualitate ponẽdi aſtellas: oʒ vt ſufficiat tibi illud qd tibi declarauimus in ca. ſuo τ nõ ſepares ab ea ſtricturã ad min⁹ vſq; ad .xl. dies.

Ponit secūdā regulā: ꝛ dicit sic: ꝙ tu debes ponere sup ligaturā aquā sup. aut aliqd repcussiuū vt ꝓhibeat apostemata: ꝛ hoc si fractura nō adhuc apostemat: ꝛ fac ligaturā ex lino: cuius latitudo sit q̄ttuor digitoꝝ nō plus. Et si iaȝ superuenit apostema: tūc pone ligaturā ex lana īfusa in oleo calido: ꝛ si nō fuerit aliqd ꝓhibēs nō soluas ligaturā vsqꝫ ad septimū: ꝛ qđ est post septimā vsqꝫ ad decimū: tūc solue ꝛ liga cuȝ astellis. Et subdit ꝙ si defensio vocat te ad illud qđ pcipit ypoc. s. vt ponanẜ astelle an̄ decimū diē sup. lȝ noceat restauratiōi sȝ in q̄litate ponēdi astellas: oȝ vt sufficiat tibi illud quod declarauimus in capitulo suo. Et non separes strictura ȝ vsqꝫ ad minus q̄ȝ decem dies. Deinde cum dicit.

Et quādo indiges fȝ cōsuetudinē extensione vehemēti: ꝛ nō obedit tibi: ꝛ nō excusaris auxilio alicuiꝰ adiuuātis te: tūc fac sedere infirmū sup sedē subleuatā: ꝛ sit ad stātē plus declinis q̄ȝ ad sedentē: ꝛ appodietẜ sup gradū scale: aut qđ simile sit ei eis q̄ sciuisti i caplo dislocationis: ꝛ locus ille sit planus factꝰ: ꝛ mollificatꝰ: ꝛ lenitꝰ. deinde suspēde in humero eius aliqd graue extēdens ipsuȝ ad iferiora. cū ergo extenderis extēsione quesita: tūc liga cuȝ vitta forti sub fractura: ꝛ supra illā ꝛ fac dormire īfirmū resupinū: ꝛ extende illud qđ ligasti vitta cum fortibus vittis vsqꝫ subtus ꝛ ad superiora: in illo enim est sufficientia.

Ponit tertiā regulā: ꝛ dicit sic: ꝙ qn̄ tu medice indiges extēsiōe vehemēti vt restaures adiutoriū q̄re nō obedit tibi ꝛ nō excusaris auxilio alicuiꝰ iuuātis: ex tūc fac sedere īfirmū sup sedē subleuatā: ꝛ sit īfirmꝰ plus declinis ad stātē i pedibꝰ q̄ȝ ad sedētē: ꝛ apodietẜ īfirmꝰ sup gradū scale: aut sup aliqd qđ sit sīle gradui scale: fȝ quod dictuȝ est in caplo dislocatiōis adiutoriȝ. Et ille locus sup quē ponitur īfirmus sit lenificatus ꝛ planus: deinde extēde ad iferiora: ꝛ cū extenderis tūc eq̄ ꝛ liga cū vitta forti: ꝛ fac dormire īfirmū resupinū: ꝛ extēde illō qđ ligasti cū vitta forti vsqꝫ ad sufficientiam. Deinde cuȝ dicit.

Et qn̄ fractura est in medio adiutorij pone ligamentū cuȝ longitudine vna a duabus extremitatibus iuncture: ꝛ si fuerit ꝓpinquior ad latus pone ligamentū vehemētioris ꝓpinquitatis extremitati longinque q̄ȝ alij: ꝛ si fuerit scissura sola: tunc cura est curatio scissure. ꝛ stringatur super eaȝ ligamentum.

Ponit aliā regulā: ꝛ dicit sic: ꝙ qn̄ fractura est in medio adiutorij. pone ligamētū lōgitudinis a duabus extremitatibꝰ vitte. Et si fractura fuerit ꝓpinqor ad latꝰ: tūc pone ligamētū magis ꝓpinquū illi extremitati lōginque q̄ȝ alie extremitati. Et si fractura adiutorij fuerit sola scissura: tūc curatio eius est curatio scissure: ꝛ stringatẜ sup istaȝ scissurā lagamentū fm qđ est cōueniens.

De fractura brachij. CAP. X.



Accidit qn̄qꝫ vt franganẜ duo focilia simul: ꝛ qn̄qꝫ accidit vt frangatẜ vnū eoruȝ. ꝛ fractura focilis inferioris est vehemētior ꝛ turpior q̄ȝ fractura focilis superioris: quoniā singulis fit fractura vniꝰ eoruȝ. ꝛ illud ideo quoniā focile inferius ē brachiū deferēs: quare eius fractura est deterior: ꝛ quoniā est nudū carne: tunc est fractura turpior: ꝛ iterū supinꝰ focile suscipit curationem ꝛ sufficit ei extensio parua: ꝛ nō silr est inferiꝰ ꝛ ꝓptie si franganẜ simul.

Posito caplo de fractura adiutorij: ponit caplm de fractura brachij. ꝛ diuidiẜ in ptes tot quot ponit cañ. siue regulas de fractura brachij. partes patebūt exponēdo lraȝ. dicit sic de pma pte: ꝙ qn̄qꝫ accidit vt frāganẜ duo focilia brachij. Et qn̄qꝫ accidit vt frangatẜ vnū duoꝝ fociliū. Et fractura focilis inferioris est vehemētior ꝛ turpior q̄ȝ fractura focilis superioris: qn̄ fractura vniꝰ eoꝝ fit singularis: ꝛ ideo est ꝙ fractura focilis inferioris est fedior ꝛ turpior q̄ȝ focile inferius. ꝛ brachiū est deferēs. i. sustentās brachiū: ꝛ qꝛ est nuduȝ carne. iō eius fractura est turpior. Et iterū qꝛ focile supius suscipit curationē: ꝛ sufficit ei ad restaurandū extensio parua: ꝛ nō similiter est inferius. s. focile. Deinde cum dicit.

Et oportet vt sustenteẜ apud extensionē adiutorij sup alchol: ꝛ est radix vole: ꝛ cognoscitur strictura ligamēti: qn̄ si accidit ex ea in digito apostema paruuȝ: aut dolor paruus: tunc ligamētū est equale: ꝛ si nō est tūc est molle: ꝙ si est plurimū supfluuȝ: tunc est vehemens: ꝛ oportet vt mollificeẜ. Positio aūt astellarū nō est ex illis que occultenẜ tibi: sed oȝ vt nō consequanẜ cū longitudine sua volā ꝛ radices digitorū: imo abbreuienẜ ab hoc parūper: nisi necessariū faciat illud ꝓpinquitas fracture iūcture rasecte tali. Verū tunc iterū oportet vt nō tangat albaragi digitoruȝ.

Ponit secūdā regulaȝ: ꝛ dicit sic: ꝙ qn̄ restaurateẜ focile oȝ vt sustenteẜ sup radicē vole: ꝛ cognoscitẜ strictura ligamenti: qn̄ si ꝓpter ligaturā accidit in digito apa paruuȝ: aut dolor paruus: tūc ligamētū nō est equale: ꝛ si nō: tunc ligamētū est molle. Et si ligamētū est multū strictū oȝ vt mollificeẜ. Sed positio astellaꝝ nō est ex illis que occultenẜ tibi. sȝ oȝ vt astelle nō ꝯsequanẜ cū longitudine sua volaȝ ꝛ digitos: imo abbreuienẜ astelle nisi propinquitas fracture sit cōsequens rasetam: ꝛ tunc iteruȝ non oportet vt astelle cōsequanẜ alboragi digitorum. i. extremitates digitorum. Deinde cū dicit.

Et cuȝ restaurateẜ ꝛ ligatẜ oȝ vt suspendatẜ ad collū fm figurā angularē: ꝛ oȝ vt sit suspensio eius ꝓptie si est eius fractura ad inferiora cum pāno cuius latitudo capiat lōgitudinē brachij totius: qn̄ si fuerit obuiatio suspēsori ꝓpe fracturā ꝛ reliquū eius separatū a sustētatiōe accidet tortuositas ꝓculdubio ꝛ declinatio super illud qđ facit ipsaȝ sicut volā: imo oȝ vt sit vola: ꝛ plurimū brachij in suspensorio.

Ponit tertiā regulaȝ: ꝛ dicit sic: ꝙ cuȝ brachiū restauratur ꝛ ligatẜ oportet vt suspendatur ad colluȝ fm figuram angularē. Et oȝ vt sit suspēsio brachij cū pāno: cuiꝰ latitudo capiat totū brachiū: qn̄ si brachiū nō fuerit equalr suspēsuȝ: tūc efficiẜ tortū: ꝛ sic opȝ vt vola: ꝛ plum brachij sit in suspēsorio: ꝛ hoc qn̄ fractura brachij fuerit versus partes inferiores. Deinde cū dicit.

At vero si fractura fuerit ad superiora opor-

tebit vt suspensio sit ita vt videat̄ fractura: ꝛ eleuet duas extremitates ex latere vole: ꝛ ex latere cubiti. Et si separatur qđ est inter illud erit adiuuans ipsum ad equationē figure: ꝛ sit suspensoꝛiuꝫ pānus lenis: ꝛ sit suspēsio taliter nevllo modo sit possibile moueri: ꝛ vt nō dilatet ipsuꝫ dilatatione laboꝛiosa. Et foꝛtasse accidit brachio vt restauret̄ in latitudine circiter viginti ꝛ octo dies.

¶ Ponit aliā regulā: ꝛ dicit sic: ꝙ si fractura fuerit ad superioꝛa: tūc opoꝛtebit vt suspēsio sit ita vt fractura videat̄ ꝛ eleuet duas extremitates ex pte vole ꝛ cubiti: ꝛ fiat bona equatio figure: ꝛ pānus sit suspēsoꝛiū ei⁹: ꝛ sit taliter suspensio ne vllo mō sit possibile moueri: ꝛ brachiuꝫ foꝛtasse restauratur vsq; ad .xxviij. dies.

¶ De fractura rascete. CAP. XI.

Ossibus istis parum accidit fractura: quoniā ipa sūt dura valde. Et quādo aduenit eis causa aliqua remouet ea a locis suis ꝛ non frangit ipsa: quare sunt vltima ad curationem: queādmodū diximus in dislocatione.

¶ Ponit capitulū de fractura rascete: ꝛ dicit sic: ꝙ ossibus rascete parū accidit fractura: quoniaꝫ ipsa ossa sunt dura valde: ꝛ quādo aduenit eis causa aliqua remouet ista ossa a loco suo: ꝛ nō frangit ea. quare sunt vltima ad curationeꝫ queādmoduꝫ diximus in dislocatione.

¶ De fractura ossium digitoꝛum. CAP. XII.

Istis iterum parum accidit fractura: imo accidit separatio. Dixerunt quidam. Si accidit eis fractura opoꝛtet vt sedeat infirmus super sedeꝫ eleuatam: ꝛ precipiatur ei vt ponat volaꝫ super sedem equalem: ꝛ extendat ossa fracta minister ꝛ equet ea medicus cum pollice ꝛ indice. Et si pollex fuerit iclinatus ad inferioꝛa: tūc opoꝛtebit administrare ligamētuꝫ desuper ꝛ foꝛtasse accidit apostema caliduꝫ. Et ad locuꝫ mollificationis boꝛuꝫ ossiuꝫ aggregatur superfluitas plurima: ꝛ coagulat̄ velociter: quare stringitur. ꝛ si accidat fractura sulemi: aut digito si est pollex opoꝛtet vt ligetur ligamento ꝓpꝛio ei: ꝛ vt ligetur iterum cuꝫ vola vt firmetur: ꝛ non moueatur. Et si accidit fractura alicui reliquoꝛuꝫ digitoꝛuꝫ si fuerit index aut auricularis: tunc liget̄ cuꝫ illo qui appꝛoximat ei. Et si est de digitis mediis: tunc ligetur cum illo qui est ex latere eius: aut ligentur omnes s̄m cōtinuitatem ad inuicem: quoniaꝫ est melius. Firmantur eniꝫ ꝛ non mouent̄: ꝛ sunt tunc quasi ligati sint cum astellis .s. ossa fracta.

¶ Ponit capitulū de fractura ossiū digitoꝝ: ꝛ dicit sic: ꝙ ossiuꝫ digitoꝝ iteruꝫ paruꝫ accidit fractura: imo accidit eis separatio. Et quidā dixerūt: si istis ossibus accidit fractura: oꝫ vt sedeat ifirm⁹ super sedē equalē: ꝛ minister extendat ossa fracta: ꝛ medicus equet. Et si pollex fuerit inclinatus ad inferioꝛa: tūc opoꝛtebit administrare ligamētuꝫ desup. Et qn̄q; accidit apostema calidū. q̄re curet̄ cura eius. Et si pollici accidit fractura tē oꝫ vt liget̄ ligamēto ꝓpꝛio: vt liget̄ iterū cū vola: ꝛ firmet̄: ꝛ nō moueat̄. Et si fractura accidit alicui alteri digitoꝝ: tūc liget̄ digit⁹ cū alio: aut cū oīb⁹ aliis s̄z ꝯtinuitateꝫ: quoniā est melius ꝛ firmant̄ melius: ꝛ nō mouent̄: ꝛ sic tūc q̄si erūt ligati cuꝫ astellis: ita sunt firmi.

¶ De fractura ossis anche. CAP. XIII.



Os anche quādoq; frangit̄: sed raro cum dispositiōe foꝛtitudinis sue: ꝛ accidit illud ei s̄z semitā cōminutionis extremitatuꝫ. ꝛ quādoq; findit̄ in longitudine: ꝛ quādoq; impellit̄ itus ad vētrem: ꝛ accidit post istas dispositiones iteruꝫ ex doloꝛe ꝛ punctura ꝛ stupoꝛe cruris: ꝛ coꝛe primum ei qđ accidit adiutoꝛio ex fractura humeri. ꝛ quādo frangitur os latuꝫ qđ est supꝛa alobosos: aut finduntur vt ligna lacerti ei⁹ fit res difficilis in rectificatione eius: quare fit vna duarū anchaꝝ declinis ad diminutionē.

¶ Posito capitulo de fractura ossiū digitoꝝ. ponit capitulum de fractura ossis lati anche. Et nota ꝙ os anche pōt ꝯsiderari dupl̄r. vno mō ꝓ osse qđ itrat in piscide. altero ꝓ piscide ipsa: quoꝝ vnūqđq; potest frāgi: ꝛ diuidit̄ istud capitulū i duas ptes: qꝛ pmo pmittit. 2° ponit curā. ibi 2°. (Et cura eius est.) dicit sic de pma pte: ꝙ os anche qn̄q; frāgitur: sed raro ꝓpter dispōnē firmitudinis sue: ꝛ accit fractura ossi s̄m semitā s̄m quā extremitates cōminuuntur .i. cōfrāgunt̄. Et quādoq; istud os scindit̄ in latitudine. Et quādoq; pellit̄ istud os intus ad vētreꝫ: ꝛ post istas dispositiōes accidit punctura. Et pꝛimū ei qđ accidit adiutoꝛio ex fractura humeri accidit coxe. Et subdit ꝙ qn̄ frangit̄ os latuꝫ qđ est sup anchas .i. os qđ intrat in piscidem: aut scindunt̄ lacerti: tūc fit res difficilis in rectificatiōe: ꝛ sic vna duaꝝ anchaꝝ efficit̄ pua. Deinde cū dicit.

¶ Et cura eius est vt iaceat infirmus ꝛ incipiant duo homines foꝛtes extendere duas coxas eius .s. quisq; eoꝛum extendat coxam: ꝛ iam ante tenuerimus manus eius vt non festinet ad expellenduꝫ illuꝫ qui extendit coxam eius: ꝛ icipiāt duo restauratoꝛes compꝛimere anchā eius cuꝫ vehemētia ꝛ foꝛtitudine donec equetur. deinde pꝛeparent sup eaꝫ emplastrum. postea resupinet̄ super aliquid qđ sit sicut glomer ex pāno aut ei simile ex illis que habent duriciē. Et hoc qđ est pꝛimuꝫ ei cuꝫ quo curatur spatula iteruꝫ: ꝛ quādo frangit̄ ex latere anche: tunc cura eius est cura humeri: ꝛ opoꝛtet vt administretur humectatio super ligamentuꝫ: ꝛ equentur puluilli sicut opoꝛtet ꝛ est necesse vt sit sustētatū super locū planuꝫ.

¶ Ponit curam: ꝛ dicit sic: ꝙ cura istius fracture est vt infirmus iaceat: ꝛ duo homines foꝛtes incipiant extendere coxas infirmi: ita vt vnusquisq; extendat coxaꝫ suaꝫ: ꝛ alius teneat manus infirmi: vt ille qui extēdit coxas nō possit trahere infirmū: ꝛ restauratoꝛes incipiant cōpꝛimere anchaꝫ cū vehemētia ꝛ foꝛtitudine donec equet̄: deinde ponatur super coxam emplastrū: ꝛ resupinet̄ patiens sup

glomere qd habeat duriciē: et hoc est primū ei cuz quo cu ratur spatula. Et qñ coxa frangit̄ ex latere anche: tūc cura est cura humeri. Et oꝫ vt sup ligamētū administret̄ humectatio: et pulvilli equentur fm qd oꝫ: et os oportet vt sustentetur super locum planum.

De fractura coxe. CAP. XIIII.



Cum coxa frangit̄ necessaria est extēsio vehemēs: deinde equetur fm formaꝫ naturalē que est ei: et est gibbositas silvestris partes eius et concavitas pauca in eius domestico fm ambulationē forme que est ei in sanitate: et observent̄ in dispositiōe fracture medij eius aut extremitatis eius superiora et inferioris dispositiōis q̄ decē sunt in ca. adiutorij: et fit strictura ad supiora conservans et retinens.

Ponit curā de fractura coxe: et dividit̄ in ptes tot quot ponit regulas de fractura coxe. ptes patebūt exponēdo literā. dicit sic de pma pte qp cū coxa frangit̄ est necessarius vt vehemēter extēdat̄: deinde equet̄ fꝫ formā nālē: q̄ forma nālis coxe est vt sit gibbosa a pte silvestri: et sit ꝯcaua a parte domestica fꝫ qp est in sanitate. Et observet̄ in dispositiōe fracture q̄ pars coxe est fracta fm qp dictū est in c. adiutorij. Et fractura versus partes inferiores fit cōservans et retinens. Deinde cuꝫ dicit.

Dixerūt: qñ frangit̄ cōvertit̄ ad loca anteriora et ad exteriora: et illud id est. qm ipsa ē lata ab hac parte p naturā: et equetur manibus et ligamentis: et specieb⁹ extensionis que sunt fm eq̄litateꝫ: aut cuꝫ strictura vnius duarū ligaturaruꝫ supra fracturā in medio. Si autē fractura fuerit inclinata a medio: et fuerit ppinqua capiti coxe: tūc sumat̄ ligamētū: et involuat̄ i medio eius lana vt nō incidat carneꝫ: et ponatur mediū eius super pectinē: et ascēdant extremitates eius ad partē capitis: et dentur ministro vt retineat eas ad inferiora: et si fractura fuerit i eo qd seq̄t̄ genu: tūc nō ponem⁹ ligamētū in superiori parte fracture: et elevabim⁹ extremitates eius ad illud qui extēdat eas ad superiora. et teneat genu cū ligamēto involvens ipsuꝫ deinde: et equet̄ mēbrū istud infirmo iacēte super faciē suā: et crure eius extenso.

Ponit scdaꝫ regulā: et dicit sic: qp qdā dixerunt qñ coxa frangit̄ ꝯvertit̄ a loco inferiori ad exteriora: et equet̄ fractura manib⁹ et ligamētis et spēb⁹ extēsionis fꝫ equalitatē strīgēdo ligaturā sup mediū fracture. Et si fractura fuerit ppe caput coxe: tūc solvat̄ ligamētū: et in medio coxe involvat̄ lana: vt nō incidat carneꝫ. Et ponat̄ mediuꝫ ligamenti sup pectines ligādo versus ptes supiores et inferiores. et si fuerit fractura in eo qd seq̄t̄ genu: tūc ligamētū pcedat versus ptes supiores et inferiores plus: et equet̄ mēbrum istud infirmo iacēte super faciem suaꝫ: et crure eius extenso. Deinde cum dicit.

Et si fuerint ossa pungentia: tunc oꝫ vt equētur sicut diximus multotiēs et que ex eis elevantur capiatur. Regimē vero sit fm qd diximus in curatiōe adiutorij: et os qdē coxe stringitur in quinquaginta noctibus.

Ponit tertiā regulā: et dicit sic: qp si aliq̄ ossa fuerint pūgēta: tūc equent̄ fꝫ qd diximus multotiēs. et ossa q̄ elevant̄ cooperiant̄: et regimē sit fꝫ qd diximus in curatiōe adiutorij. os coxe stringit̄ in qnq̄ginta dieb⁹. Deinde cū dicit.

Et ego enūciabo qūo oportet vt sit situs ei⁹ postq̄ꝫ aggregat̄ curatio cruris. Et oportet vt ponat̄ inter duas coxas tunc pila de ligno et ei similibus servās eā ad formaꝫ fm quā equata est: et restauret̄ restauratione cognita fꝫ qp intelligitur ppter illud qd accidit de apostemate et pruritu. Et quādo accidit super coxā. naꝫ est apostema forte: et est ex eis que festinānt ad coxaꝫ: tūc oportet vt pprie pveniat̄ ad solvendū vt respiret: et extēdat̄ apostema: et tu qdeꝫ iā scivisti embrocas pprias. Verū i cauglalib et albaravaeb: et sunt tabule magne in quibus est parū cōcavitatis: vt decēter componant̄ super involutiones: et capiāt longitudinē pedis: qm si brevīant̄ et non restaurant̄ super crus: et abscindunt infra illud vtilitas: et nō est vtilitas quesita. et si plongant̄ erit infirmus ex eis in labore: lꝫ si ipse abbreviēt̄ nō erit expers laboris: et vtilitas elōgatiōis earū ē vt phibeāt iterum parteꝫ sanā pedis moveri cuꝫ fuerit motus illius quāntans nocivus fracture. et pprie in dispositione dormitatiōis et sōni: et necessitas boruꝫ instrumētoꝝ non est nisi in fractura magna valde: et nō est possibile cū hoc vti eis: nisi anteq̄ꝫ apostemet̄: qm apostema nō tolerat huiusmodi. Et ad vltimū est gravitas et malitia et labor: et oportet vt fugiat̄ ab eis duꝫ exceptio pseverat cū ingenijs alijs. Situs aūt restaurate coxe oportet vt sit fm qp fuit cōsuetudo eius in sanitate de assiduatiōe cōstrictionis et dilatatiōis: et illud qd est magis vincens est dilatatio. et scias qp ille cuius coxa et ancha sunt fracte parū denudat̄ a claudicatiōe: et qñ abscindunt̄ frusta lacertoꝝ eius mandat pr⁹: deinde minuitur secundo.

Ponit aliā regulā: et dicit sic: qp ego ānūciabo quō oꝫ vt sit situs cruris qñ aggregat̄ curatio ei⁹: qm oꝫ vt ponat̄ inter duas coxas pila retinēs coxā restauratā fm figurā: fꝫ quā equata est. et restauret̄ coxa restauratiōe cognita fm qp intelligit̄ de apate et pruritu. Et qñ super coxaꝫ accidit apostema forte: tūc oꝫ vt festine veniat̄ ad solvēduꝫ ligamentū: vt respiret: et apa capiat locū. Et tu qdē iaꝫ scivisti embrocas ppas apati. Sꝫ tabule que ponunt̄ ad restaurandū oꝫ vt decēter ꝯponant̄ vt nō sint maiores q̄ꝫ oꝫ. Et nō est poss̄e vti istis tabulis nisi anteq̄ꝫ locus apet̄: qm apostema nō tolerat hec: et duꝫ inceptio apatis pseverat fugiatur ab istis tabulis: et cura cuꝫ ingenijs alijs: sed situs coxe restaurate oꝫ qp sit fm qd est cōsuetudo coxe in sanitate. Et scias qp ille cuius coxa et ancha est fracta parū denudat̄ a claudicatiōe. Et qñ frusta lacertoꝝ coxe scindūtur, natura mādat māꝫ ad mebrū: deinde mā minuit̄.

¶ De fractura rotule poplitis. CAP. XV.

Rotula parum frangitur ⁊ ſm plurimuȝ conteritur. Et cognoſcitur illud quod accidit cuȝ tactu ⁊ aſperitate: ⁊ cum vacuitate que intelligitur cum tactu ⁊ auditur aure. Et oportet in curatione eiꝰ vt extendatur crus: deinde intromittatur rotula in locuȝ ſuum. ⁊ ſi ſeparata fuerit aggregetur prius: deinde intromittatur.

¶ Ponit curā de fractura rotule. ⁊ dicit ſic: ꝙ rotula parū frangit̄ ⁊ ſm plurimum ↄ̄teritur ⁊ cognoſcitur hoc tactu ⁊ auditu ⁊ in curatione eius opꝫ vt extendatur crus. deinde itromittat̄ rotula ad locum ſuū. ⁊ ſi rotula fuerit ſeparata ꝑus aggregetur. deinde itromittat̄.

¶ De fractura cruris. CAP. XVI.

Quando frangitur os paruum cruris eſt ſaluius ꝙ̄ ſi frangat̄ os magnum. ⁊ quando frangitur arundo parua ſuperior eſt iclinatio ad exteriora ⁊ ante ⁊ eſt ambulatio cum hoc poſſibilis. ⁊ ſi frangitur arūdo magna iferior declinat crus ad exteriora: ⁊ quādo frangunt̄ vtreqꝫ arūdines ſimul: tunc eſt deterius: ⁊ tūc quideȝ accidit cruri inclinatio ad oēs partes. Et ſcias ꝙ curatio fracture cruris eſt ſm cōſiderationem curationis adiutorij: ⁊ in eius ſimilitudine: ⁊ non eſt diſpoſitio cruris in tortuoſitate que accidit figure ſue naturali: ſicut diſpoſitio adiutorij: imo eſt rectum: quare oꝫ vt ſit extenſio eius ad hoc vt redeat ad rectitudinem.

¶ Ponit curā de fractura cruris parui. ⁊ dicit ſic: ꝙ quādo os paruum cruris frangit̄ eſt ſaluius ꝙ̄ ſi frangat̄ os magnum. ⁊ ſi arundo parua ſuperior frangitur: declinatio oſſis eſt ad exteriora ⁊ ante. ⁊ ē motꝰ cū hoc poſſis. Et ſi arūdo magna frangit̄: declinat crus ad exteriora. ⁊ qñ vtreqꝫ arundines frangunt̄: tunc eſt deterius. ⁊ tunc ꝗdem crus inclinatur ad omnes partes. Et ſcias ꝙ crus curat̄ ſi frangatur ſicut adiutorium: ſed diſpō ⁊ figura cruris eſt recta ⁊ diſpoſitio adiutorij eſt tortuoſa: ⁊ ſic opꝫ vt crus extendatur ad rectitudinem.

¶ De fractura calcanei. CAP. XVII.

Calcaneus eſt excuſatus a fractura ꝓpter duritiem ſuam ⁊ per circundationem defenſionum ⁊ plurimū eius qđ accidit ei non eſt niſi diſlocatio ⁊ iam dictum eſt de ea.

¶ Ponit curā de fractura calcanei. ⁊ dicit ſic ꝙ calcaneus nō frāgitur ꝓpter duritiē ſuaȝ: ⁊ ꝓpter defenſionem eius plurimū qđ accidit calcaneo nō eſt niſi diſlocatio. Et iā dictum eſt de ea. ſ. diſlocatione calcanei.

¶ De fractura tali. CAP. XVIII.

Fractura tali eſt parua ⁊ eius curatio eſt difficilis. ⁊ plurimū quidem frangitur cuȝ cadit homo ex loco alto: qm̄ conteritur ſuperius pedis. ⁊ fortaſſe accidit cum eo attritio oſſis cum curſu ſanguinis ad ventres qui coagulatur in eis: ⁊ quādoqꝫ perducit ad egritudines magnas ex febre ⁊ permixtione rōnis ex tremore ⁊ ſpaſmo pedis. Cum ergo accidit in eo apoſtema congelatuȝ quod non apparet ⁊ non egreditur ⁊ apparet iam tenebroſitas que nō fuit eſt ſignum maluȝ ſignificans ꝙ eſt in via putrefactionis. Si aūt eſt apoſtema apparens impellens manuȝ: tūc eſt melius ⁊ fortaſſe ſit facilis eius eruptio. ⁊ quando talus reſtauratur deambulatio eſt doloroſa ſuper ipſum. ⁊ quando nō reſtaurat̄ talus ſm ꝙ oꝫ deſtruit̄ iuuamentum.

¶ Ponit caplm̄ de fractura cauille pedis. ⁊ dicit ſic. ꝙ fractura tali. i. cauille pedis eſt prauā: ⁊ curatio eius eſt difficilis. Et plurimū quidem frangitur. ſ. talus cum cadit homo ex loco alto: quoniaȝ pars ſuperior pedis conteritur. Et fortaſſe cum iſto caſu accidit attritio oſſis cū curſu ſanguinis ad venas qui ſanguis coagulatur in venis: ⁊ perducit quādoqꝫ ad magnas egritudines vt ad febrem ⁊ ꝑmixtionem mentis ⁊ ſimilia. Et ſubdit ꝙ cum accidit apoſtema congelatum: ⁊ apparet tenebroſitas in mēbro. tūc eſt ſignum ſignificās ꝙ membrum eſt in via putrefactionis. ſi auteȝ eſt apoſtema apparens: tunc eſt melius. Et fortaſſe eruptio iſtius apoſtematis ſit facilis. Et cum talus reſtauratur ſecundum ꝙ oportet tunc iuuamentum ambulationis deſtruitur.

¶ De fractura digitorum pedis. CAP. XIX.

